




CONSTITUTIONES
&
DECRETA
Synodi Diœcesanæ Posnaniẽsis,
sub

ILLUSTRISSIMO, EXCELLENTISSIMO, & REVERENDISSIMO Dño,

D. STANISLAO JOSEPHO

De Bezdan

HOSIO,

DEI & Apostolicæ Sedis Gratiâ, EPISCOPO Posnaniensi, ABBATE Czervenensi,

Posnaniæ *Annô Domini* 1738. *Die* 7*má Julij*

CELEBRATÆ.

VARSAVIÆ,
Typis S. R. M. & Reipublicæ, in Collegio *Scholarum Piarum.*



INTIMATIO SYNODI.

STANISLAUS JOSEPHUS *de Bezdan* HOSIUS,

DEI & Apostolicæ Sedis Gratiâ, EPISCOPUS Posnaniensis, ABBAS Perpetuus Commendatarius Czervenensis.



VNiverso Diœcesis Nostræ Posnaniensis Clero tàm Sæculari quàm Regulari ac illis omnibus & singulis, qui de jure consvetudineq; Synodo Diœcesanæ interesse & adesse adstricti sunt salutem in Domino, Pastoralemq; Benedictionem. Quando-

quidem

quidem Sancta Mater Ecclesia munus & Officium Episcoporũ non in solis tantùm Visitationibus Generalibus Parochiarũ & illarũ Rectorũ esse voluit, verùm etiam per Sacrũ Conciliũ Tridẽtinũ Sess: 24. Cap. 2. de reform: *statuit ut certis temporibus Synodi Diœcesanæ peragantur, ad exterminandosq; excessus, & temperandos mores, Sanctiones Synodales decernantur. Dum verò jam Visitationem Generalem Diœcesis Nostræ, tam per Nos, per quã Delegatos Nostros peregim9, & de statu Ecclesiarum & Personarum Nostræ Diœcesis Posnaniensis notitiam percepimus, nihil aliud Nobis restare arbitramur quàm ut juxta mandata Sacrosancti Concilij Tridentini ejusmodi Synodum Diœcesanam indicere & convocare debeamus. Accingimus igitur Nos eò magis ad explendam hujusmodi obligationem, quò majores necessitates obvenire, & casus, quibus per salutaria media occurrendum est novos prodire animadvertimus. Impositam itaq; muneri Nostro Pastorali obligationem (cui à primo ad hunc Episcopatum ingressu satisfacere in animo habuimus, ni variis temporum & rerum vicissitudinibus impediti essemus) adimplendo, nec alius*

sco-

ſcopus hujus Noſtræ Intentionis & Functionis erit, niſi ſanam doctrinam & Orthodoxam Religionem propagare, bonos mores tueri, pravos corrigere, & emendare, populiq; ſaluti animarum providere volentes, hanc Synodum convocandam & indicendam eſſe duximus, uti quidem per præſentes Noſtras Literas convocamus atq; indicimus, ad eamquè peragendam & celebrandam Poſnaniæ in Eccleſia Noſtra Cathedrali Feriam ſecundam poſt Feſtum Viſitationis Beatiſſimæ Virginis MARIÆ, quæ erit Septima Menſis July Anni currentis, deſignamus & præfigimus. Cupientes verò hancce Synodum in omni debita ſolennitate peragere, ad eam Venerabile Capitulum Noſtrum Cathedrale Poſnanienſe, & Collegiatarum Diœceſis Noſtræ, tum Reverendiſſimos Abbates invitamus, Præpoſitos autem Regulares, quibus cura animarum incumbit, ac eos quos jus obligat, requirimus & hortamur ut interſint. Dominis quoq; Decanis, Foraneis & Parochis, ac aliis curam animarum gerentibus, & ſingulis in Diœceſi Noſtra Beneficiatis, ac Officia Eccleſiaſtica tenentibus, in Virtute Sanctæ obedientiæ, & ſub pœnis arbitrariis mandamus, quate-

nus pro die superiùs determinata in Ecclesia Nostra Cathedrali Posnaniensi circa horam mediam nonam matutinam superpelliceati, & habitu quivis suo & tonsurâ convenientibus condecorati peremptoriè compareant, ejusmodiquè Synodo Diœcesanæ personalem assistentiam præbeant. Providendo verò omnimodæ indemnitati, nè stante hoc Synodali intervallo in cura animarum, aliisquè Officiis Ecclesiasticis aliquod detrimentum fiat, inopiamq; nonnullorum à Cathedra Nostra Posnaniensi longè distantium Parochorum, ac itinerum incommoda attendendo, ut unusquisquè Decanus, ac ipsius Beneficiati per Plenipotentes in Congregationibus Decanalibus electos hujusmodi obligationem adimplere possint gratiosè concedimus & dispensamus. Qui verò ad ejusmodi Congressum Synodalem nomine aliorũ convenient, quatenus ad Ecclesias suas Presbyteros sive Sæculares sive Regulares, non tamen vagos aut suspensos, vel Censuris Ecclesiasticis innodatos substituant, & easdem ipsis seriò commendent, permittimus. Volentes autem ut Ordinatio præsens suum effectum habeat, Functionem hac in parte DD. Decanorum obligamus & statuimus, ut quivis

vis

vis Decanatûs sui Plenipotentes, qui adesse Synodo debebunt, connotent; Cathalogum Ecclesiarum Parochialium consecratarum & non consecratârum, illarumquè Rectorum seu Parochorum, Vicariorum, Mansionariorum, Altaristarum, cum Specificatione Nominum & Cognominum, conficiant, & pro Synodo assignata comportent ac exhibeant. Quatenus verò ejusmodi Congressus Synodalis felicem successum ad utilitatem Ecclesiarum habeat, obligamus omnes Presbyteros Sæcularium & Regularium Ecclesiarum, ut post publicationem præsentis Processûs Nostri, per singulos dies Dominicos Collectas solitas de Spiritu Sancto in Missis absolvant, Devotioniq; Christi Fidelium signanter post Conciones, ut Consilium Nostrum DEUS Omnipotens singulari sua desuper Benedictione prosequatur, sedulò insinuent demandamus. Præcipimus deniquè ac volumus, ut præsentes Literæ Nostræ Indictionis Synodi Diœcesanæ per affixionem copiarum ad Valvas Ecclesiæ Nostræ Cathedralis Posnaniensis tum Collegiatarum, cæterarumquè Ecclesiarum Parochialium Sæcularium & Regularium, atq; per Decanatus viâ Cursoriâ publicatæ sint, &

per illarum tali modo affixionem & publicationem, omnia & ſingula quemadmodùm demandantùr, ita univerſos ac ſingulos ſtringant & obligent, quaſi illorū cuiq; eſſent perſonaliter præſentatæ & inſinuatæ. Certificantes omnes illos, qui de jure conſvetudineq; ad ejusmodi Synodum adeſſe obligantur, quod ſive in aſſignato Termino comparuerint, aut non; Nos tamen ad peragendam & expediendam memoratam Synodum auxiliante DEI gratiâ progrediemur, ac ea, quæ utilitatem Eccleſiarū Noſtræ Diœceſis reſpiciunt, ſtatuemus & decernemus. Contumaciâ quorumcunq; minimè obſtante. Nihilominùs contra non obtemperantes Mandatis Noſtris, & ſeſe ad hujusmodi Synodū non ſiſtentes, pœnas extendendas & infligendas reſervamus. In quorum fidem &c. Datum Varſaviæ in Reſidentia Noſtra Epiſcopali Die 14. Menſis Maji A. D. MDCCXXXVIII.

STANISLAUS
Epiſcopus.



Franciſcus Cygler, Apoſtolicus, Curiæ ſuæ Jlluſtriſſimæ Celſitudinis, & Conſiſtorij Generalis Varſavienſis Notarius mpp.

OR-

ORDO
Præſentium in Synodo.

Illuſtriſſimus JOSEPHUS KIERSKI Epiſcopus Bolinenſis Suffraganeus, Cuſtos Cathedralis, Vicarius in Spiritualibus, & Officialis Generalis Poſnanienſis.

Reverendiſſimus ANDREAS MYSZKOWSKI Decanus.

Reverendiſſimus GVILHELMUS ROBERTSON, V. J. D. Archidiaconus.

Reverendiſſimus ALEXANDER MIASKOWSKI Cantor.

Reverendiſſimus PETRUS KOSSOWSKI Scholaſticus Poſnanienſis.

Reverendiſſimus FRANCISCUS WOLINSKI, V. J. D. Archidiaconus Sremenſis, Promotor Synodi.

Reverendiſſimus JOSEPHUS Pawłowſki S. Th. D. Archidiaconus Pſcevenſis.

Reverendiſſimus JOANNES IWANSKI, Cancellarius Poſnanienſis.

Perilluſtris JOSEPHUS MADALINSKI.

Perilluſtris ALBERTUS WASNIEWICZ.

Perilluſtris ANTONIUS ŁAYSZCZĘWSKI,

Per-

Perillustris ALBRACHTUS GARCZYNSKI.
Perillustris JOANNES RACIĘCKI.
Perillustris PETRUS PRAZMOWSKI.
Perillustris ADAMUS OPALENSKI.
Perillustris MICHAEL ZAKRZEWSKI.
Perillustris SIMON WOSINSKI.
Perillustris PETRUS ROKUSSOWSKI.
Perillustris LEO MORAWSKI.
Perillustris LAURENTIUS SWINARSKI.
Perillustris NICOLAUS CIECISZEWSKI.
Perillustris JOANNES BONIAŁOWICZ.
Perillustris STANISLAUS RACZYNSKI.
Perillustris CONSTANTINUS MARSZEWSKI.
Perillustris JOANNES Kofzutski.
Perillustris JOANNES KRALL Canonici Posnanien-

Secretarius Synodi.

Illustris HYACINTHUS KRYNICKI, Notarius Synodalis.

Præcedente itaq; Capitulo Illustrissimorum Perillustrium & Reverendissimorum Prælatorum & Canonicorum Posnaniensium, comparuit in Personis Perillustrium Gwilhelmi Robertson & Nicolai Cieciszewski, quâ Canonicorum Varsaviensium Insignis Collegiata Varsaviensis. Colle-

Collegium Lubranſcianum. Director cum quinquè Profeſſoribus.

Clerus Cathedralis.

Collegium Pœnitentiariorum.
Collegium Vicariorum.
Collegium Pſalteriſtarum.
Collegium Manſionariorum.
Collegium Præbendariorum S. Crucis.
Collegium Semenarij Sacerdotalis ad Cathedrã.
Collegiata B. M. V. in Summo.
Collegiata D. M. Magdalenæ cum Incorporata SS. Omnium cum Collegio Altariſtarum.
Collegiata S. Nicolai extra Summum Poſnan:
Collegiata Szamotulienſis.
Collegiata Czarncovienſis.
Collegiata Sredenſis.
Clerus Eccleſiæ Parochialis S. Adalberti.
Clerus Eccleſiæ Parochialis S. Martini.
Clerus Eccleſiæ Parochialis D. Margarethæ, ſeu alias Cõgregationis Oratorij S. Philippi Nerij.
Præpoſitus EccleſiæParoch: S. Joannis Hieroſolymitani.
Præpoſitus Ecccesiæ Hoſpitalis S. Laurentij & S. Barbaræ.

Præpoſitus Eccleſiæ Hoſpitalis S. Lazari.
Præpoſitus Eccleſiæ Hoſpitalis S. Crucis.
Expoſt comparuerunt Decanatus Archidiaconatuum.

Ex Archidiaconatu Poſnanienſi.

Decanatus Poſnanienſis	Decanatus Obornicen:
Decanatus Czarncoviē:	Decanatus Pyzdrenſis:
Decanatus Srodenſis.	Decanatus Rogoznen:
Decanatus Bucovienſis.	Decanatus Koſtrzynen:

Ex Archidiaconatu Sremenſi.

Decanatus Sremenſis.	Decanatus Crobenſis.
Decanatus Coſminen:	Decanatus Coſtenſis.
DecanatusNeomeſten:	Decanatus Smiglenſis.
Decanatus Vſchoven:	Decanatus Borcovienſis.

Ex Archidiaconatu Pſcevenſi.

Decanatus Zbyſzynen:	Decanatus Lvovecenſis.
Decanatus Grodecen:	

Ex Archidiaconatu Varſavienſi.

Decanatus Gambinen:	DecanatusSochaczovien:
Decanatus Błonenſis.	Decanatus Grodziecen:
Decan: Mſczonovien:	Decanatus Piaſeczenſis.
Decanatus Livenſis.	DecanatusGarvolienſis.

SER-

SERMO
Pro
Synodo Diœcesana Posnaniensi.

(a) VOcati non secundum opera nostra, sed secundum propositum & gratiam DEI, (b) ut pascamus gregem ejus, qui principaliter in Vobis est, primã curam sentimus, quomodo vocationi Nostræ respondeamus, meditantes. Ideoquè venimus huc, (c) ut cognoscamus oves nostras, & cognoscant nos Nostræ, (d) ijsquè aliquid impertiamur gratiæ Spiritualis, id est simul consolemur per eam, quæ invicem est, fidem; ac Vos exhortemur in Domino, (e) ne fingentes laborem in præceptis, Mercenarios agatis, ut ovilia vobis commissa detrimentum patiantur, permittendo. (f) Genus electum regale Sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis estis, imò juxta Hieronymum Reges vocamini, quod vel corona ipsa in capitibus Vestris designat; unde

(a) 2. Timot. 2.
(b) 1. Petri 6.
(c) Joan. 10
(d) Rom. 1.
(e) Psalm. 93.
(f) 1. Petri 2.
S. Hieron.

ſatagite, ut tantæ dignitati ex aſſe reſpondeatis, in virtute vos & alios regentes vitâ & moribus præeatis, ut ad exemplum veſtri cæteri componantur. (g) Nolite conformari huic ſæculo, ſed renovamini Spiritu mentis Veſtræ; (h) quæ ſurſum ſunt quærite, & ſapite, non quæ ſuper terram; (i) State ſuccincti lumbos veſtros in veritate, in omnibus ſumentes ſcutum fidei. (k) Abſtinete vos à carnalibus deſiderijs quæ militant adverſus animam: frugalitatem amate, non ignari populum electum ex Egypto eductum in eremo occubuiſſe, qui deſpectô mannâ, cibos delicatiores petijt, & primam Filiorum Heli culpam ſubortam eſſe quod ex voto eorum pueri non antiquo more coctas vellent de Sacrificio carnes accipere, ſed crudas quærerent, quas acuratiùs exhiberent. (l) Attendite vobis, ne forte graventur corda Veſtra in crapula, quæ ex teſtimonio Baſilij omnis malitiæ Mater eſt, virtutis inimica. Utiq; per temulentiam neſciens Loth, libidini miſcet incæſtum, & quem Sodoma non vicerat, vina vicerunt, ſerò advertentem fruſtra ſe fugiſſe ignem, cum eundem ſecum tulerit in dolio.

(g) Rom. 12.
(h) Coloſs. 3
(i) Eph. 6.
(k) 1. Petri 2.
Exod. 16.
1. Reg. 2.
(l) Luc. 21.
S. Baſil.
Gen. 9.

lio. (*m*) Carnis curam ne feceritis in deside- (m) Rō. 13.
rijs, (*mm*) cujus opera manifesta sunt, immun- (mm) Gala 5.
ditia & impudicitia: nostis enim, quod qui
talia agunt, Regnum DEI non consequentur,
Luceat lux vestra coram hominibus, quatenus
hac refulgente, (*n*) sicut in die honestè ambu- (n) ibid.
lent sine contentione, sine æmulatione, ne si
à recta semita deviaverint, in vos error & cul-
pa redundet. (*o*) Cum metu & tremore ve- (o) Phil. 2.
stram & aliorum salutem operamini, ut sitis si-
ne querela, & simplices Filij DEI sine repræ-
hensione. (*p*) Non corrumpant bonos mores (p) 1. Corit. 6.
cæterorum colloquia & opera vestra, ne (*q*) (q) 2. Reg 12.
blasphemare faciatis inimicos Nomen Domi-
ni. Non sermone tantùm, sed & opere igna-
ros instruatis; quoniam (*r*) hic solum qui fece- (r) Math. 5.
rit & docuerit, magnus vocabitur in Regno Cœ-
lorum. Agite ergo Fratres Charissimi: (*s*) Bo- (s) 2. Cor. 2.
nus odor Christi sitis: (*t*) Æmulamini charisma- (t) 1. Cor. 12.
ta meliora, in Officio vestro nemini herbam
porrigite, ut ipsi palmam habeatis: sic in
stadio vocationis vestræ currite, ut (*u*) coronam (u) 1. Cor. 9.
justitiæ comprehendatis.

In

In Nomine Domini Amen.

CONSTITUTIONES

Acta & Statuta Synodi Diœcesanæ Posnaniensis.

CAPUT I.

De Fide Catholica & Professione ejusdem.

gl. in can. illi offerunt 1. qu. 1.



Undamentum omnium Bonorum Fides Catholica, cum in Nostra Synodo Diœcesana primum tenet caput, justè sperandum venit, quòd ubi CHRISTUS Fundamentum est, bonorum quoq; operum sequatur ædificium. Sine hac etenim cum Apostolus dicit, quòd impossibile placere DEO, Nos firmiter credimus & simpliciter profitemur, atquè ab omnibus profiteri volumus, quòd quisquis cum dilectione Fidei quæ in CHRISTO est, fir-

can. cũ Paulus 1. qu. 1.

ad Hebr. 11.

c. firmiter de Fide Catholica can. sum Paulus 1. c.

firmitatem tenet, eundem JESUM CHRISTUM DEI & hominis Filiũ apud se posuit Fundamentum. Ergo credimus & cõfitemur, quòd unus solus, & verus DEUS æternus, immẽsus & incõmutabilis, incõprehẽsibilis, Omnipotẽs & ineffabilis, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, Tres quidem Personæ, sed una essentia, substantia, seu natura simplex omninò; Pater à nullo, Filius à Patre solo, ac Spiritus Sanctus pariter ab utroq; absq; initio semper ac sine fine, Pater generans, Filius nascens, & Spiritus Sanctus procedens, consubstantiales & coæquales, & coomnipotentes & coæterni, universorum principium, Creator omnium visibilium & invisibilium, & Spiritualium & corporalium, qui suâ Omnipotenti Virtute, simul ab initio temporis, utramquè de nihilo condidit creaturam Spiritualem & corporalem, Angelicam videlicet & mundanam, ac deinde humanam quasi communem ex Spiritu & corpore constitutam. Hæc S. Trinitas secundum communem essentiam individua, & juxta personales proprietates discreta, primò per Moysen & SS. Prophetas, aliosquè famulos suos juxta ordina-

c. firmiter c. 1.

dinatiſſimam diſpoſitionem temporum, doctrinam humano generi tribuit ſalutarem. Et tandem Unigenitus DEI Filius JESUS Christus à tota Trinitate communiter incarnatus, ex MARIA ſemper Virgine Spiritûs Sancti cooperatione conceptus, verus Homo factus, ex anima rationali & humana carne compoſitus, unâ in duabus naturis perſonâ, viam vitæ manifeſtatiùs demonſtravit. Ideò quidquid ipſe vivens in mundo dedit & docuit, quidquid à Diſcipulis ejus SS. Apoſtolis per ſcripturam, ſive per traditionem accepimus, quidquid SS. Patres commendârunt, æcumenica hoc eſt Generalia Concilia definiverunt. Vicariæ poteſtatis Principes, Summi Pontifices Romani approbaverunt & conſtituerunt, ac ab Eccleſia credendum declaraverunt, quidquid deniquè Provinciales Synodi Regni Noſtri ampliſſimi à S. Romana Eccleſia approbatæ decreverunt, id totum obſervandum & reaſſumendum cenſuimus, uti re ipſa reaſſûmimus, & obſervari ab omnibus cupimus & præcipimus. E contra verò quæcunquè S. Mater Catholica & Apoſtolica Romana Eccleſia, dogma-

gmata perversa, atq; universas Hæreses & nuper per CLEMENTIS XI. editam Bullam Unigenitus, centum & unam *Jansenisticas* propositiones *uti errores*, damnat, reijcit, anathematizat. Nos pariter in hac Synodo Diœcesana unô ore, & unanimi voce damnamus, reijcimus, & anathematizamus. Interim ut ijs, qui corde in fide ipsa firmi sunt, & stabiles ad justitiam, ore insuper Confessio fiat ad salutem *SS. Conc: Trid: Decreto & Conc:* Lateranensi novissimo Nos inhærentes, ipsam Fidei professionem eisdem verbis quibus juxta formam PII PAPÆ IV præscriptam, Nos ipsimet & Universa Synodus publicè præstitimus & solenniter professi sumus ab infrascriptis suô locô & tempore emittendam decernimus sub pænis contra contumaces in Bulla ipsa latis, alijsq; à Nobis statuendis.

An. 1713

Sess: 24. de reform: c. 12.

Const. 38 An: 1564 Conc: Later: sub Benedicto XIII Annô 1725.

Fidei Professionem emittent.

1mò. Dignitates & Canonicatus obtinentes, post adeptam possessionem, tùm in manibus

Noſtris, vel Vicarij Noſtri Generalis, tùm in Capitulo infra bimeſtre.

2dò. Beneficia cum cura animarum habentes.

3tiò. Clerici ad Sacros Ordines promovendi circa inſcriptionem Proviſionum.

4tò. Quicunq; ſimplicia Beneficia obtinentes.

5tò. Decani Foranei, Procuratores & Fiſcales.

6tò. Novi Concionatores etiam Regulares.

7mò. Novi Confeſſarij etiam Monialium.

8vò. Docentes publicè & parvulorum Inſtructores, qui adoleſcentes ſuæ curæ & inſtructioni commiſſos vel maximè in hoc inſtituent, ut Rudimenta Fidei benè ſciant, myſteria ejus calleant, fidemq; bonîs operibûs illuſtrare ſtudeant.

Conc: Lateran: 1725.

9nò. Tandem Medicinam & Chyrurgiam exercentes.

Ut autem quiſq; veriùs & ſinceriùs Fidem Orthodoxam amplectatur, Officiumq; ſuū Chriſtianum adimpleat, peregrinas doctrinas fugiet, Authoritate Synodi præſentis præcipimus, diſputationes quaſvis cum Hæreticis ex quo veneranda myſteria & arcana Fidei quæ juxta Apoſtoli ſenſum ſperandarum ſubſtantia rerum

argu-

argumentum non apparentium eſt, profanantur, ac per hoc Religioni Catholicæ jam dûdùm per univerſalia Concilia optimé ordinatæ fit injuria, multiq; ſcandaliſantur, quòd pleriq; Clerici, vel Sæculares cujuſcunq; Status vel conditionis de Fide Chriſtiana atq; Religionis negotijs quæſtiones & concertationes etiam inter epulas & pocula movere conſveverunt, ac ea, quæ laudabilitèr ſancita, expoſita & ordinata ſunt, in dubium & in periculum non adæquatæ vocare reſolutionis controverſæ prohibemus. Alioquin contra tales Authoritate Noſtrâ Ordinariâ pœnas Canonum & legum extendemus. Verùm prout in animo deſideramus, ita CHRISTI Fideles obligatos eſſe volumus, ut cum Doctore Gentium captivent intellectum in obſequium Fidei, ſimpliciter, vivaciter, & ferventer credant, omnia quæcunq; credit, tenet, & docet Sancta Mater Eccleſia Noſtra Romana Catholica, Nobiſq; credenda & tenenda proponit. Hæc eſt enim perfecta cognitio DEI (inquit S. BASILIUS) obſervantia videlicet Præceptorum DEI, non inanis illa curioſitas, non

eſſentiæ DEI & ſupramundanorum inveſtigatio, nôn rerum inviſibilium conſideratio. Ac tandem concludit. Satis ergo tibi ſit ô Chriſtiane, ſcire Paſtorem eſſe bonum, & animam ſuam poſuiſſe pro Ovibus ſuis (ſivè ut ait Apoſtolus:) Oportet credere quòd DEUS ſit, & quòd Remunerator ſit, quantus verò ſit DEUS, & quæ illius menſura, & qualis eſſentia: talia ſciſcitanti ſunt periculoſa, ei autem qui rogatur, perplexa; & talium medicina eſt ſilentium.

Conformando itaq; ſeſe Doctorum Eccleſiæ ſenſui Sacroſanctum Concilium Tridentinum in Indice Librorum prohibitorum Regula Quarta de lectione Sacrorum Bybliorum ſtatutum infra ſcriptum appoſuit: Cum experimentô manifeſtum ſit, ſi Sacra Byblia vulgari linguâ passim ſine diſcrimine legi permittantur, plùs indè ob hominum temeritatem detrimenti, quàm utilitatis oriri, hac in parte Judiciô Epiſcopi, *aut Inquiſitoris ſtetur, ut cum conſilio Parochi vel Confeſſariÿ*, Bybliorum à Catholicis Authoribus verſorum, lectionem in vulgari lingua, eis concedere poſſint, quos intellexerunt ex hujus-

modi

modi lectione non damnum, sed fidei atq; pietatis augmentum capere posse, quàm facultatem in scriptis à Nobis habebunt. Qui autem absq; tali facultate ea legere seu habere præsumpserint, nisi priùs Byblijs Ordinario redditis, Peccatorum absolutionem percipere non possint. Bibliopolæ verò, qui prædictam facultatem non habenti Byblia vulgari idiomate conscripta vendiderint, vel aliô quôvis modô concesserint, librorum pretium in usus pios ab Episcopo convertendum amittant, alijsq; pœnis pro delicti qualitate, ejusdem Episcopi arbitrio subjaceant. Regulares verò nonnisi facultate à Prælatis suis habitâ ea legere aut emere possint. Præmissũ itaq; Decretũ ac alia Statuta ibidem sub pœnis arbitriô Nostrô reservatis in contravenientes irrogandis omninò observari & adimpleri, volumus ac mandamus.

Insistendo Decretis tàm Lateranensis, quàm Tridentini Conciliorum, statuimus, ut nulli liceat imprimere, vel imprimi facere, scripto communicare, vel quosvis libros de rebus Sacris sine Nomine Authoris evulgare, neq; illos in posterùm

LEO X in Conc: Later: : Seſs. 10. & Conc. Trid: Seſs: 4. de Edit: & uſu Sac: lib:

ſterùm vendere, aut etiam apud ſe retinere, niſi priùs examinati probatiq; à Nobis ſivè Cenſoribus conſtitutis fuerint, ſub pœna anathematis, amiſſionis Librorum, *& illorum publicæ combuſtionis ac pecuniæ* cæteriſq; in Canone præallegati Concilij Lateranenſis ſancitis atq; gravioribus pro ingraveſcente contumacia in contravenientes irremiſſibilitèr extendendis. Regulares autem ultra examinationem & probationem Noſtram licentiam quoq; à ſuis Superioribus impetrare teneantur, recognitîs per eos librîs juxta formam ſuarum Ordinationum. Ipſa verò hujuſmodi Librorum probatio in ſcriptis detur, atq; ideò in fronte libri vel ſcripti impreſſi authenticè appareat, idq; totum ſcilicet probatio & examen gratis fiat, ut probanda probentur, & improbanda reprobentur.

CAPUT II.

De dignitate Statûs Clericorum, vitâ & honeſtate eorundem.

Per-

PErſpectam habentes Statûs Sacerdotalis dignitatem, quæ Teſte AUGUSTINO ſupra Angelicam eſt elevata, cui ſubſcribit BERNARDUS ampliori prærogativâ donatos Parētes CHRISTI nominando; cui plurimi Sancti Patres multa detulerunt elogia, mediatores DEI & hominum nuncupando. Quisquis ergò ille eſt, qui ad tam ſublimem gradum non ſe noſcat? qui ſi altitudinem Cœli contempletur, major eſt, (ut ait Caſſianus) ſi ſolis pulchritudinem, pulchrior, ſi omnium Dominorum ſublimitatem ſublimior, ſolô nonniſi Creatore inferior. Hujus igitur tàm præalti Statûs excellentia, quantam à Nobis exigit vitæ rationem? ſublimitas vocationis, quâ Nos dignatus eſt Dominus Noſter quantam perfectionem? Cœlo poteſtas proxima quantam virtutem ac ſanctitatem? certè ſi excellentiores Angelîs ſumus, nihil carnale contaminet puros ſpiritus, ſi Parentes CHRISTI, nihil quod Sanctiſſimum non ſit, à Nobis generetur. Si Cœlos ſuperamus, quid cum terra commune geſtiemus? Si deniq; lucernæ ſuper candelabra ſuſpicimur? vitiorum fumo minimè

affe-

affectas patiamur. Quare in sortem Domini tàm sublimem vocati, Divinarumq; rerum affecti Officiô, unâ animi contentione, unô Spiritu, sequentia observemus. Certam ante omnia per bona opera, sublimesq; virtutes faciamus vocationem Nostram quâ vocati sumus ad Societatem Filij ejus, in ijsq; Nos á Sæcularibus nequaquam vinci patiamur. Absit verò ut quisquam verbô, gestu, aut opere audeat hanc in se requisitam fœdare sanctitatem multò magis præbeat scandalum sibi commisso gregi, suisq; corrumpat moribûs, strictam aliàs rationem redditurus DEO, ex cujus manibus requiret Dominus animas interfectorum. Et cùm plerùmq; talis quisq; præsumitur, qualis externè apparet, in incessu sit gravior, parcior, nec præcipitans in loquendo, non contumeliosus, non contentiosus, non detractor, non vaniloquus, sed totus ad modestiam compositus in omnibus actionibus suis referat Imaginem Magistri sui dicentis: Quemadmodùm ego feci ita & vos faciatis. Vestis sit nigra communiter talaris (nisi viarum incommoda persvadeant breviorem) neq; ad lu-

Joann: c. 13, v. 15.

ad luxum pretiosior, neq; vilior ad sorditiem. Omnis vestitus deniq; sit talis ratio, ut simul quisq; induat Dominum Nostrum JESUM CHRISTUM.

Horæ Canonicæ.

Quicunq; ad Horas Canonicas dicendas obligantur, eas devotè, attente, non interruptim, consvetis horis recitent ad præscriptam Calendarij Anniversarij rationem.

Mutua charitas.

Charitatem à qua tota lex pendet, omni studiô amplectantur, quomodo enim virtutem hanc sectandam docebunt, si ipsimet altercantes, intestinis odijs & contentionibus scissi fuerint, quos unius mystici corporis membra esse convenit. Quare Vicariis observantiam Parochorum & Parochis amorem erga Vicarios insinuamus peramanter, & ut ampliùs etiam erga Sæculares diffundatur in cordibus Nostris, neminem ex causa levi trahant ad Judicia, manus suas à percussione hominum contineant, ludicra spectacula, choreas, chartarum lusum, ac ejusmodi inanes mundi hujus ineptias devitent & abhorreant. Consvetudinem malorum fugiant, ne illorum moribus inqui-

Temperatio affectuum.

nentur. Quorum autem Officij ratio expoſcit, ût eos ad frugem converſuri accedant, exemplô Salvatoris quandoq; cum peccatoribus manducantis, eum inter eos vivendi & converſandi morem teneant, ut ſui characteris memores non deperdant honeſtatem. Exceſſum in potu ſeu ebrietatem (quæ ordinariè innumerorum ſcelerum incentivum eſt) maximè caveant, ab hac deterret Salvator ipſe verbîs Evangelij: *Attendite ne graventur corda veſtra in crapula & ebrietate.* Perſpectum habens rixas, vulnera, homicidia, adulteria, & cætera innumera mala, ipſumq; væ illorum intereſſe, qui ſtudent calicibus epotandis. Et quia juxta Apoſtolum in vino luxuria eſt, hanc ut acriùs perſtringamus, ſcire omnes volumus Nos eſſe membra Christi. Quis horror? & quem non ad intima cordis penetret? ſi illa communicet membris meretricis. Templa Spiritus Sancti ſumus, quis metus non percellat, dum fulmen Apoſtolici audit eloquij: *Si quis Templũ DEI violaverit, diſperdet illum DEVS.* Agno immaculato communicamus, & tam fœdè inquinari

Converſatio inter Sæculares

Temperātia in potu.

Lucæ 21. v. 34.

Caſta converſatio. ad Ephes: 6.

Caſt tas. ad Cor. nib: 3.

nari quæ ejusmodi Sacrilegos manet damnatio? Proinde ut vel ab ipsa tam execrandi facinoris suspitione simus alieni, mandamus & præcipimus Clero Nostro, ut fæminas præsertim juvenes, domi suæ fovere non audeant; enim verò nulla dubitatione certum est, hanc familiaritatem non vitare, & festinare velle in ruinam. Consentaneum erit ejusmodi familiam in separata Domo continere, ut honestati & optimi famæ nominis consulatur. Omnes verò persvasos esse volumus, Nos super hoc scandaloso vitio impudicitiæ in Clero, si fortè reperiatur, nullam habituros conniventiam, sed juxta Sacros Canones contra delinquentes processuros.

Nimius appetitus vi corrogandi seu avaritia.

Avaritiam quoq; fugiant & detestentur cùm enim avaro nihil unquam sufficiat, & satis sit, imò verò semper illi deesse tàm quod habeat, quàm quod non habeat. Proinde memores moniti Domini Nostri JESU CHRISTI: *quod non in abundantia cuiusquam vita est, & quod DEO & mammonæ servire opus sit contrarium*, omni studiô & conatu à nimia cura & sollicitudine

Luc: 12. Matt: 6.

congregandæ opis abſtinebunt, ſed memores ſui Statûs, quòd non ſæculi ſed CHRISTI Mercatores ſint, theſauriſabunt ſibi theſauros indeficientes in Cœlis, quos tinea non corrumpit, neq; erugo demolitur. Videlicet ex bonorum operum abundantia & Zeli Apoſtolici, ut quàm plurimas DEO & beatæ æternitati cumulent animas, & hunc ſibi ſuæq; ſaluti theſaurum aggregandum maximè convenientem & profuturum arbitrentur. Quos verò contigit aliqua paupertate preſſos, rei domeſticæ inopiâ laborare, *illi non cupiant divites fieri, ne incidant in tentationes & laqueum diaboli.* Sufficiat ipſis, quòd magis conformes CHRISTO efficiantur, qui idea & quoddam ſpeculum paupertatis quæſivit illorum animas pauper in vita, nudus in morte & paſſione. Paupertatis indiviſi Comites ſunt ſobrietas, abſtinentia, cæteræq; ab his virtutes pullulantes. Illos Miniſtros DEI & diſpenſatores miniſteriorum ejus præfulgere conſentaneum eſt, in vita laudabile, in morte tutum, in æterna beatitudine præmiabile.

Paupertas diligatur.

ad Tim: 6.

Plura in Sacris œcumenicis Concilijs & non

ita

ita pridem in S. Tridentina Synodo, quæ ſancita ſunt, de eorum honeſta vitæ ratione hic annexa, volumus & præcipimus, obſervanda, ut ſecundùm ea Clerus Juriſdictioni Noſtræ ſubjectus, vitam & mores ſuos moderetur & diſponat; qualia ſunt: ut nemo ſe ſæcularibus immiſceat negotijs, pro Factoribus Villicis, Æconomis, Dominis ſæcularibus ſerviat, Pædagogiam ſeu Inſtitutionem prolis ipſorum maximè ſæmineæ nunquam ſuſcipiat. Paranymphos nuptiarum & conciliatores agant nunquam. Ex proventibus & redditibus ſuæ Eccleſiæ nequaquam ſuos Conſangvineos & familiares ditent, illaq; in profanos uſus peſſundent. Hæc & ſimilia (quæ longum eſſet recenſere) quàm accuratiſſimè obſervent, alioquin ſi quiſquam refractariè his legibus non obediverit, præter iræ DEI interminationẽ, Nos contra ejuſmodi ſalutis ſuæ prodigũ juxta Cõſtitutiones in Jure expreſſas in ejuſmodi trãſgreſſores advertemus, & pœnîs condignîs puniemus. Qua de re monitos volumus omnes Decanos Noſtros ut in ejuſmodi advertant delinquentes, quos primò monebunt poſtea Nobis ſeu Officio deferent. CA-

De prædicatione Verbi Divini & Cathehesi seu doctrina Christiana.

UT non tantùm exemplô (ad normam Magistri Nostri Domini JESU CHRISTI, qui primò cæpit facere, & nos superiori capite commendavimus,) sed etiam prædicatione Verbi Divini, sive Sancti explanatione Evangelij proximis Nostris, & curæ Nostræ commissis ovibus pabulum ministremus, eisq; viam patentem ad Pastoris Cœlestis ovile demonstremus, & quæ lapsa sunt, relevemus, cõsolidemus quæ debilia, quæ cõfracta sũt redintegrãtes; cõsideremus oportet, quãta sit Prædicatorũ dignitas? Placeat alijs appellare, quod sint Tuba SPIRITUS Sancti Ipsi CHRISTO Domino, quod sint vasa Electionis Nomen Domini coram gentibus deferentia. Verbi Divini præcones, Custodes vineæ Domini, Dispensatores deniq; Mysteriorum DEI. Nobis sufficiet ejusmodi Sacerdotum vel plantas observare, quibus Sancta Litera', vel in ipsis pedibus adpingat decorem, observet pulchritudinem.

Quam

Quam ſpecioſi pedes Evangelizantium pacem, evangelizantium Bona: Id eſt futura quæ manent actionibus Noſtris & vitæ Chriſtianæ commoda. Quàm ingentes prærogativæ ejuſmodi, Pacem DEI cum hominibus conciliare ac perſvadere, Divinarum gratiarum, aut iræ & vindictæ ejus internuntium eſſe, donorum SPIRITUS Sancti profuſum largitorem; loqui ad cor, & intellectum in fidei obſequium captivare. Sūma hæc utiq; & ipſi DEO conſimilia. Quare Concionatores mei, dùm Teſtamentum hoc in os Veſtrum aſſumitis, videte, ne dùm alijs prædicatis, ipſi ſitis reprobi, monitum habete Divi GREGORII; qui unicuiq; Veſtrum ſemper loquatur ad animam: *In Divinis ſermonibus priusquam alijs eos proferas, te ipſum require, ne inſequens aliorum facta te deſeras, & loco paulò in ſequenti. Cuius vita deſpicitur, quid reſtat, niſi ut prædicatio contemnatur.* Proinde primò & principaliter hâc Noſtrâ declaratione intendimus & volumus, ut qui Concionatorum munere funguntur, eos pietas & vitæ honeſtas & doctrinæ puritas faciat commendatos,

ad Rom: 10. v. 15.

L. 6. Ecl. Hiſt.

datos, ut meritò de singulis illorum dici possit cùm EUSEBIO: *hic est qui quale habet verbum, talem habet & vitam.* Turpè enim verò Doctori est, dum culpa redarguit ipsum, & Apostolus ejusmodi acerrimè reprehendit: *quid alium* (inquit) *doces, te ipsum non doces, qui prædicas non furandum, furaris, qui dicis non mæchandum, mæcharis, qui abominaris idola, & sacrilegium facis, qui in lege gloriaris, & per prævaricationem legis, DEUM inhonoras.* His itaq; incussis menti & cordi infixis, profundissimè sequentia curabunt. Concionatores observanda: Materiam sui laboris noverint esse primò & principaliter existentiam DEI, quem invincibiliter credere oportet, quemq; ejusq; amorem & timorem, amorem pro collato creationis beneficio & innumeris ejus gratijs, quibus in momenta cumulamur. Pro redemptionis Nostræ ex insigni DEI in Nos charitatis Officio pro tàm altissima naturæ humanæ ad videndum intuitivè DEUM elevatione, ejusq; in gloria Cœlesti fruitione in perpetuum timorem propter paratum videlicet infernum transgressoribus

ad Rom: 2. v. 21.

legum

legum ejus ex his emanant horror peccati, amor virtutum, terror Judicij, timor inferni, obſervantia Decalogi & præceptorum Eccleſiæ, certitudo mortis, incertum temporis, fuga omnis mali, omnis boni proſecutio, proximi dilectio, injuriarum condonatio ex viſceribus charitatis. Et quia peccatores ſumus, qui & qualibus prædicamus, conſentaneum erit, de illis materijs inſtituere Concionem, quæ illos permoveat ad abiiciendam peſſimam vitæ ſuæ rationem, ad ſinceram eamq; ſolidam pœnitentiam, ad frequentiorem uſum Sacramentorum, Confeſſionis Heroicæ, Sanctiſſimæ Euchariſtiæ crebriorem uſum, ut ab hoc fonte limpidiſſimo profluat in illos omnis ablutio ſcelerum & ſortitudo inſita fragilibus miniſtretur. Meminerint, nè ab illorum exedris DEUS quodammodò manens prædicetur, nè nimiùm in miſericordia præſumant, ubi miſericordia ſuper Judicium exaltatur, neq; juſtitiam adeò exaggerent, ut miſericordiæ ejus obliti, in deſperationem adigant delinquentes.

Modum verò rectè concionandi, rectiſſimè

proposuit Hugo Victorinus inquiens: *Tres sunt prædicatoris voces, una svavis, quæ ad infirmos dirigitur, altera dulcis, quæ morientibus adhibetur, tertia alta, quæ surdis omninò incutitur auribus.* Eatenùs considerent omnes Prædicatores conditionem, capacitatē, Statum, & Authoritatem suorum Auditorum, & ejusmodi infirmis more Samaritani subveniant, acrioris vini antidotum, svavitatis oleô moderentur, acerbiorem scilicet reprehensionem, svavi dulciq; Domini Nostri JESU Christi amore, & salutis illô pretiô exprimant & manifestent. Quibus verò ista benignitas & benevolentia tanquàm surdis (more aspidis) prodesse minimè cognoscetur, in ejusmodi homines in Spiritu Eliæ agant, arguendo, obsecrando, & increpando. Quòd quamvis Lex Divina ipsis imperat, non concedat tantùm; præsertim contra vitia, quæ exundant magis; meminisse tamen illos oportet, nè quempiam nominatìm insectentur, aut ita vitium depingant verbîs, ut facilè Auditores, in quem sermo dirigatur, coniiciant, quod diffamationis

gravis

gravis culpa foret non conveniens verbo DEI. Omnes ſermones ſuos nonniſi debitè præparati inſtituant, libris convenientibus prælectis ad materiam. Simplices expoſitiones potiùs ad captum quàm ad oſtentationem ingenij ipſis placeant, lucrum animarum ſolum præ oculis habentes & profectum Spiritualem. Imitentur hac in parte Doctorem gentium dicentem: *Veni non in ſublimitate ſermonis & ſapientiæ, ſed in oſtenſione Spiritûs virtutis.* Idcirco doctas fabulas, paremias, riſum moventes ſub ſeria animadverſione prohibemus. Hoc prædicationis munus omnibûs diebûs Feſtîs & Dominicîs exerceri volumus, in Villis tamen locò Concionis, ubi Auditor rudior eſt, ut inſtructio Cathehetica dici poſſit recommendamus, & fieri injungimus. Quàm ſæpiſſimè admoneant fideles, ut quiſq; illorum recordetur ſponſionis ſuæ in Baptiſmo, qua ſe obligavit DEO, ſimulq; illud cum ipſis recogitet, an vitâ & moribûs tales ſe præbeant, qualis ipſa nominis Chriſtiani exigit profeſſio. Frequentem uſum pœnitentiæ, tanquam præ-

2 ad Corin

Conc: Trid: Seſs: 24. c. 4. de reform: Syn. Lip. ſit de doctrina Chriſtiana.

ſentiſſimâ Spiritualibus morbis medicinâ atq; Euchariſtiæ in hac peregrinatione & exilio ſalutare viaticum perſvadeant. Ad charitatem DEI & proximi accendant, ad debitam omnium Feſtorum obſervantiam, ad obediendum ſuis Præpoſitis, ad aſſiduitatem orationis cum jejunio & elèèmoſynâ fideles inducant, omnes deniq; ſuos labores & curas ad hoc referant, ut Auditores ſuos ita in pietate inſtituant, ut poſt myſteria Fidei revocentur à vitijs, ad virtutes incitentur; ut labore ipſorum evadat populus DEO acceptabilis, bonorum operum ſectator, & pœnam æternam evadere, ac cœleſtem gloriam conſequi mereatur. Concione abſolutâ (laudatô more) prælegēt populo Actus fidei, ſpei, charitatis, aliàs Confeſſionem generalem, ut vel ſic aſſveſcant ad uſum Actuum eorundem.

Et quoniam tremendum illos, ac inevitabile manet Judicium, qui ad regimen fidelis populi ſunt aſſumpti, illum tamen verbô & doctrinâ paſcere negligunt, illud maximè interminatum ſibi putent, ſi de parvulorū pane,

id eſt

id est doctrinâ Christianâ seu rudimentîs fidei, nihil vel parùm esurientibus distribuunt. Quare reassumendo Decreta Constitutionum Synodalium, imò ipsius Sacrosancti Concilij Tridentini, Authoritate Nostrâ Synodaliter statuimus, ut omni diligentia, per se vel suos Vicarios, statutîs temporibûs in Domino populum erudiant in modo signandi se Sanctâ Cruce, Oratione Dominicâ, Salutatione Angelicâ, Symbolô Fidei, alijsq; Religionis rudimentîs, Decalogô, Præceptîs Ecclesiæ, confitendi & communicandi normâ, & in illis quæ sunt scienda, maximè necessitate medij; qualia sunt; quod DEUS sit, isq; unus in natura, & trinus in Personis, idemq; Remunerator sit bonorum & malorum. De Incarnatione Domini Nostri JESU CHRISTI. De numero Sacramentorum & cæteris cum omni svavitate, affabilitate, & lenitate. Cùm autem adverterint, (ut solet) populum rudem tam depressæ esse capacitatis, ut illa quæ sunt necessaria necessitate præcepti, minimè percipiant, & explicitè addiscant, sufficiet si com-

De Cathechismo.

plicitè

plicitè fuerint edocti hæc credere, quæ Sancta Ecclesia Mater credenda proposuit. Modus autem ut sit æqualis omnibus (quò ad fieri potest) sit iste.

1mò. Præmissâ Oratione Dominicâ Ave MARIA, Credo, ac Decalogô, tum breviusculis quibusdam Actibus fidei, spei & charitatis ex libello aliquo. Primariò fiat prioris Cathehismi repetitio, cum commemoratione fructûs ejus Spiritualis, qui ex illa doctrina fuit erutus & excerptus.

2dò. Nova puncta principalia non plura quàm Tria ad discendum proponantur, & bis vel ter per ipsum cathehisantem repetantur, cum informatione dandæ responsionis ad interrogata.

3tiò. Eædem interrogationes de quolibet puncto instituantur aliquoties, cum aliqua reflexione Spirituali movente vel ad amorem DEI, vel ad exercendas virtutes, vel vitia fugienda, ex quorum occasione poterunt incidenter adjungi alia puncta interrogatoria pro illuminatione meliori intellectûs sine repeti-

tione,

tione, ad differentiam punctorum, principalium, nè simul opprimatur memoria parvulorū.

4tò. Pueri satis benè instructi seligantur, qui ejusmodi quæstiones propositas invicem disputent per interrogationes & responsiones de principalioribus articulis fidei, ut ita cæteri audientes, semper novi aliquid addiscentes minimè obliviscantur præteritorum. Ab adultorum interrogationibus & examine tunc in publico abstineant, nè illi malô pudore suffusi, ab instructionibus ejusmodi audiendis & adeundis terreantur; sed puerorum scientiâ collaudandâ, & identidèm munusculîs præmiandâ, ut senioribus animus ad condiscendum ea, quæ narrantur, faciliùs excitetur. Ad extremúm concludatur Cathehismus aliquâ precatione devotâ vel Litanijs B.M.V. vel aliquô ex cantilenis approbatis vulgari idiomate. Hæc doctrina Christiana semper matutinô tẽpore in Villis absolvatur, cùm ordinariè concursus hominum sit manè major ex vicinioribus Villis. In Civitatibus verò à prandijs haberi potest, cum matutinîs devotionibûs di-

stracti

ſtracti majorem frequentiam populi habere arbitrantur. In Capellis verò Villarum ab Eccleſia Parochiali diſtantium, ſignanter ad limites Sileſiæ & Brandeburgiæ in Confinijs Diœceſis Noſtræ, nè pius & laudabilis uſus lectionis Concionum Parochianis, vel ſeniô confectis, aut aliô modô legaliter præpeditis pro audiēda Miſſa ad Eccleſiā Parochialem convenire non valentibus ceſſet, neq; Divinis fruſtrentur alimentîs, per Baccalaureos Diebûs Feſtivîs ad populum celebribûs exerceri ſolitus, in abuſum deveniat, infra connotata obſervanda adjecimus.

1mò. Ut præfati Baccalaurei Romano-Catholici, Conciones editionis Authoris pariter Catholici, approbati, & in Actu Congregationis Decanalis reviſi & luſtrati legant.

2dò. Ut Feſtîs primæ & ſecundæ Claſſis, tùm Beatiſſimæ ac Apoſtolorum ab ejuſmodi lectione abſtineant, populumq; hortentur, ut per omnia poſſibilia præceptô Eccleſiæ in audienda Miſſa diebûs Feſtivîs ſatisfaciant, proindè conſideratîs conſiderandîs.

3tiò.

3tiò. Lectionem Concionis horîs opportunîs accommodent, ut exemplum in audiendo Missæ Sacrificio alijs præbeant.

4tò. Cum Juventute Cathehismum per interrogatoria & responsa repetant, Christi fideles in articulis necessitate medii, ad credendum necessarijs instruant, Authoritate Synodi præsentis, dictos Baccalaureos obstringimus. Quò circa seriò in hujus doctrinæ traditione, diligentes & exactos cupimus omnes Præpositos, Parochos, illosq; quibus cura ejusmodi delegata est à suis Præpositis, ne aliquando illud væ ingeminent quod Apostolus Paulus metuebat dicens: *Væ mihi si non Evangelizavero.*

1. ad Corinth. c. 9. v. 16.

CAPUT IV.

De Administratione Sacramentorum in genere & particulari.

Siquidem Sacramenta Ecclesiæ Catholicæ ut sunt internæ externæq; Sanctitatis fontes

Conc: Trid Sess. 7. can. 1. 4. 6. 7. & 9.

& ſigna: ita eorum adminiſtratio, ſive perceptio ſingularem pietatem. Religionem & devotionē in utriſq; requirit & deſiderat. Enim verò Sacramenta à CHRISTO Domino Salvatore Noſtro inſtituta, ad communem omnium ſalutem propoſita, cum ſint cauſæ Divinæ gratiæ ad Sanctitatem diſponentes; eorum itaq; adminiſtratio & perceptio, omni quâ par eſt pietate miniſtrari & ſuſcipi debet. Primò igitur Parochus, omniſq; Sacerdos, cujus id muneris eſt, memor ſit Sancta Sanctè eſſe tractanda, conſideretq; ſe omni momento ita debere eſſe expeditum, ut tam Sanctæ adminiſtrationis opus conferre valeat, iniquum exiſtimans, ut ore pollutô fœdiſq; manibûs, peccatorum deniq; ſordibûs inquinatus, illa conficere & pertractare præſumat. Idcircò illud quiſq; obſervatum ſibi putet, ut ipſe vitam purè, caſtè, religioſè iuſtituat, mentemq; ac animum ab omni peccati labè purum, Divinâ gratiâ diligenter conſervet. Obſervet an alicujus culpæ mortalis conſcius non ſit, cujus ſi reum ſe cognoverit, priùs Sacramentali

Rit: Rom: in rub: de adm: Sacr:

Con-

Confeſſione illam expiare nitatur; vel certè (ſi deſit copia Confeſſarij) Actum contritionis perfectũ eliciat cum propoſito quamprimùm confitendi. Quâcunq; verò diei aut noctis horâ, ad adminiſtranda Sacramenta vocabitur, nullam tam Sanctis pietatis Officijs moram interponat, imò Populum (quoties occaſio tulerit) accuratè præmonebit, ut cùm hâc miniſtratione opus fuerit, quam primùm ſe adeant, & liberè accerſant, nullâ habitâ temporis loci diſtantiâ, alteriuſvè incommodi ratione. Cùm autem taliter invitabuntur; abſit ut verbis vel vultu, vel alio ſigno oſtendat ſe ægrè iturum vel diſceſſurum, ſed deſiderio ſalutis accenſum ſe tam internè quàm externè demonſtrans, verborum lenitate, vultuq; hilari, benevolentiam & amorem præferente, Sacro ſe accingat operi quàm celeriter. Caveat ſummoperè, nè abſq; debita intentione, diligentia & attentione miniſtrandum Sacramentum aggrediatur, erroremq; aliquem circa materiam vel circa formam admittat, eamq; ſuper ſe maledictionem inducat: *Maledictus, qui opus D E I* *facit*

Jeremiæ 48.

facit negligenter. Miniſtrent autem ex Ritu & Ceremonijs in Agenda præſcriptis, ſuperpelliceô & Stolâ induti. Qui quidem Liber Agendorum, ut penes quamlibet Eccleſiam non laceratus, ſed integer habeatur, animadvertentiæ Decanorum, ac ſeriæ reviſioni commendamus. Ne verò Fidelis Populus à perceptioneSacramētorū deterreatur, cavebit quiſq; nè pro adminiſtratione eorundem, aliquô reſpectu aut occaſione aliquid exigat, aut petat, ſed quæ gratis accepit, gratis miniſtret. Secus facientes Simoniacam labem, & gravis avaritiæ notam incurrent, irremiſſibiliterq; à Nobis ſeu Officio Noſtro punientur. Per hoc tamen conſvetudinem liberè aliquid conferendi Sacerdoti pro ejus ſuſtentatione, tùm annexô labore non tollimus nec prohibemus, ita tamen ut circa præmiſſa omnis quæſtus & avaritia evitetur, ſub ſeria animadverſione obſervari volumus. Et quoniam ad Sacramenta relationem quoq; habent Sacramentalia, eorum itaq; adminiſtratio (ſignanter autem benedictionem) cum præſcriptis in Rituali Ceremonijs omni

pietate

pietate ac reverentiâ exerceantur. Quod ut ipsi exactiùs calleant & condiscant, Gavanti opera in quibus de Ritu Sacrorum consultò disseritur, accuratè legant, & præsto habeant ad docendum.

CAPUT V.

De Baptismo.

BAptismus est janua reliquorum Sacramẽtorum, in quo per regenerationis hujus lavacrum, ex Filijs iræ, Filij gratiæ efficimur. Quare ut quantocyùs Fideles recurrant ad Sacrum hoc Baptismatis Sacramentum, plurimùm interest. Et cum sit Sacramentum de necessitate medij, Sacerdos circa illud ritè conficiendum diligenter omnia, præcipuè in quibus valor ejusdem consistit, observabit. Ante omnia nè in casu necessitatis, Infantes sine Baptismo mori contingat, omnes Fideles, maximè verò obstetrices informabunt, quæ intentio, forma, materia, & earum applicatio requiratur, ac ex

Conc. Trid. can. 4. de Baptismo.

ac ex ordine, quomodo in neceſſitate Baptiſandum erit, eoſdem edocebunt. Quodſi taliter Bapiſatos contingit vivere, eoſdem quantocyùs ad Eccleſiam deferri curabunt, & Ceremonias omiſſas in Rituali pro caſu hujuſmodi notanter deſcriptas ſupplebunt, aut ſi prudenter judicaverint expedire vel de valore dubitaverint, ſub conditione baptiſabunt. Omnes Parochi ſint Ordinarij hujus Sacramenti Miniſtri (extra neceſſitatem & periculum) vel ab illis delegati Sacerdotes, nec intra domeſticos parietes in privatorū Ædibus Sacramentum hoc adminiſtrare valeant, niſi imminente, vel gravi periculô, vel obtentâ deſuper à Nobis vel Officio Noſtro licentiâ, quos ſi ita (baptiſari contigerit, omnes Ceremonias adhibere oportet, quia fit interdùm, quod hæ non ſine gravi contemptu, ad maturiorem uſq; ætatem differūtur, vel planè intermittūtur. Omnes Fideles in Baptiſandis Filijs ſuis admonendos curent, ut tales eligant Compatres, qui eorum animæ magis conſulere, quàm eorum inopiæ ſubvenire valeant, illos inſtruendo in rudimentis.

Clement: l. hoc tit:

Rit: Rom: in rubr: de Sacr: Bapt:

tis Fidei Catholicæ, moribûs fide dignîs, alijſq; virtutum Officijs, ſi Parentes vel vitâ functi, vel ſuperſtites id facere neglexerint. Commonebunt præterea Matronas præſertim Nobiles, ut conſvetam Benedictionem recepturæ, poſt partum Eccleſiam adire non erubeſcant, quibus illam in Domibus minimè impertiri licere, niſi de Noſtra facultate, arbitrentur. Et quia nonnunquam evenire ſolet per ignorantiam in cognatis impedimenti ex Baptiſmo provenientis contrahi inter Fideles Matrimonia, in quibus aut non ſine peccato cohabitatur, aut illa non ſine ſcandalo diſſolvi poſſunt. Idcircò mandamus, ut Parochi edoceant Populum cognationem Spiritualem impedientem & dirimentem Matrimonia ex Baptiſmo, videlicet inter Patrinos ſeu ſuſcipientes ex Baptiſmo, & Baptiſatum ipſum. Item inter Baptiſati Patrem ac Matrem, necnon inter Baptiſantem & Baptiſatum, Baptiſatiq; Patrem ac Matrem tantum. Quodſi verò plures fuerint (quod aliàs fit communiter) Parochus unum par primarium ſeliget, qui verè

Patri-

Trid: Ses: 24. de Reform: c. 2.

Patrinos agent, cæteri verò pro Testibus habeantur, & tunc inter illos tantùm, non inter omnes cognatio hæc Spiritualis contrahetur. Nemini Parochorum licebit Baptisare Subditos alterius Parochiæ sub pœnis arbitriô Judicij Nostri impositis pecuniarijs proprio Parocho applicandis. Quodsi verò de licentia proprij Parochi id fecerit, vel etiam in casu necessitatis Baptismi sic collati, notam eâdem vel subsequenti die proprio Parocho transmittet, quæ ab utroq; Libris Metrices inferatur. Porrò Libri Metrices ab uno quoq; illorũ bene ordinati ex uno Anno in Annũ habeãtur, annotatô Nomine Baptisati, hâc & hâc die, tùm Parẽtibûs legitimîs N.N. & levãtibus ex Baptismo N.N. Quod si quis nõ ex legitimo Matrimonio natus fuerit, ignotiq; omninò Parẽtes hoc ipsum juxta præscriptam formam annotetur. Singulæ Parochiales Ecclesiæ suos fontes habeant, illosq; quàm exactissimè clausos & obseratos, in ijsdem autem locus commodus adaptari potest pro reponendis ibidem Sacris Oleis & reliquis ad Baptismum pertinentibus, qualia sunt,

ampul-

ampulla, vel cochlear, linteola, fasciola, sudoriola, quæ in hunc finem à Parocho tempestivè præparata asserventur. Ipsa verò aqua Baptismalis temporibûs consvetîs, solenni ritu renovabitur & benedicetur quôlibet Annô, videlicet Sabathô Sanctô, & Vigiliâ Pentecostes, modô ceremoniîsq; consvetîs.

CAPUT VI.

De Confirmatione.

SAcramentum Confirmationis, quod Nos armat & induit virtute ex alto, quàm summoperè necessarium sit Fidelibus ratione præditis. Catholicorum nemo est, qui ambigat, Militiæ Ducis Nostri Domini Nostri JESU CHRISTI annumerati sumus per Baptismum per hoc (sensu Melchiadis Papæ loquimur) ab eodem Domino armîs congruentibûs instruimur cum hoste infero pugnaturi, innumerorum bonorum hæredes effecti Tutore & tutelâ augemur speciali, ita ut SPIRITUS Sanctus,

qui in fonte Baptiſmatis tribuit plenitudinem ad innocentiam, in Confirmatione augmenti præſtet & gratiam. Et quia in hac vita tota ætate inter inviſibiles hoſtes & pericula Nobis gradiendum impoſuit neceſſitas; in accepto per Confirmationem robore, animus, vires, & arma congeruntur ad victoriam. Idcirco Parochi diebûs aliquot, antequam hoc Confirmationis Sacramentum in aliquo loco à Nobis vel Suffraganeo Noſtro, vel (de Noſtra licentia) quôpiam Epiſcopô adminiſtrabitur; ejus rei tempus & locum Populo denuntient, doceantq; Populum de vi & virtutibus ejus Sacramenti deq; magno Religionis ſtudio, quô ſuſcipiendum eſt. Adulti moneantur ut per Confeſſionem ſuorum peccatorum, tandem per communionem purgati illud recipiant. De Patrinis inſtruant, ut nemò ſine ſuo Patrino uno tantùm aut Matrina una jam confirmatîs accedant. Patrem, Matrem, Vitricum vel Novercam, Maritumq; aut Uxorem pro Patrino vel Matrina nunquam ut eligant, edoceant; propter cognationem Spiritualem, quæ

contra-

contrahitur inter Confirmantem & Confirmatum, illiusq; Patrem & Matrem, & tenentem. Reliqua ex parte conferentis hoc Sacramentum, Episcoporum munus est.

Trid: Ses: 4. c. 2. de Reform:

CAPUT VII.

De Pœnitentia.

SUmmæ bonitatis Divinæ & misericordiæ ejus argumentum, quis non advertit & miretur, qui penitùs perscrutatur naturam, efficaciam & necessitatem istius Sacramenti. Non satis erat amori erga Nos Divino peccata Nostra per Baptismi gratiam condonare, insuper etiam voluit secuturis delictis suâ clementiâ subvenire, & per hanc secundam naufragantibus offerre tabulam, portum æternæ beatitudinis reserare. Quis hic in plena exultationis & tripudij verba, simul ac benedictiones Divini Nominis non exurgat cum DAVIDE? *Benedic anima mea Dominum, qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, & sanat omnes in-*

Can. 2. de pœniten: Dist. 1.

Psal: 102.

firmitates tuas: dum mortem illam æternam quam peccati dixit ſtipendium in vitam commutat immortalem, & nolens perire quempiam, regenerationis cujuſdam pharmaca proponit ad medelam. Proinde omnes Parochi Concionatores, Cathehiſtæ, ſummô zelô commendent ſuò Populo frequentiam hujus Sacramenti, quod fit per ſinceram, reſolutam & doloroſam ſuorum delictorum Confeſſionem coram Sacerdote cum firmo propoſito non peccandi ex parte pœnitentium, tum conferentis per abſolutionem, cum ſatisfactione ſeu pœna pro delictis proportionatè aſſignata. Hinc cùm Sacerdos magni ponderis & momenti Officium exerceat, Judiciſq; peccatorum ac ſimul Medici rem agat, quàm perſpectâ ſcientiâ & peritiâ caſuum Conſcientiæ inſtructus eſſe debeat, per maximè obligamus, illaq; inſtructum cupimus, ut & peccata inveſtigare, & ex varijs peccatorum generibus & ſpeciebus diſtingvere valeat: quæ mortalia? quæ venialia? quæ commiſſa? quæ omiſſa? ubi famæ & bonorum reſtitutioni, ubi reiterandæ

Confeſ-

Confeſſioni ſit locus? tum quoq; qui caſus Irregularitatis, excõmunicationis, aliarumq; cenſurarum Eccleſiaſticarum pœnas annexas habeant? qui caſus Summo Pontifici, quivè Epiſcopo reſervati? & quæ cuiq; peccato pœna conveniat? quivè ſolvendi vel ligandi ſint? pro cujuſq; pœnitentis Statu & Officiô benè judicare poſſint. Idcircò in genere ſtatuimus, ut omnis Sacerdos cujuſcunq; Ordinis & Religionis etiam *Societatis JESU*, quâcunq; qualitate ſcientiâ & prudentiâ ſit præditus, ante omnia præter poteſtatem Ordinis, ad audiendas Confeſſiones & valorem abſolutionis debet etiam habere poteſtatẽ Juriſdictionis. Proinde nemo Confeſſiones peccatorum, etiam venialiũ, extra mortis articulũ excipere audeat, niſi à Nobis vel Officio Noſtro Generali, prævio examine & licẽtiâ in ſcripto obtentâ approbatus fuerit. Hâc obtentâ id vel maximè curet, ut ab omni peccato lethali immunis id aggrediatur Officiũ. Memor tamẽ, quòd ipſemet circũdatus ſit infirmitatibûs ſuîs; ſciat condolere illîs, qui errant, offendunt, & prolabuntur in vijs Domini;

Conc: Trid Ses: 23. de reform: c. 15.

eâ

eâ diſcretione agendo cum pœnitentibus, ne aut indulgentior ſit, quàm requirat neceſſitas, vel ſeverior quàm exigat proportio delictorũ. In aſſignandis pœnitentijs proportionem quandam pœnæ cum delicto teneat, ſpectatis Officijs & perſonis, nè clavium poteſtatem in vilipendium adducat, nevè peccatis communicet alienis. Sedem pro audiendis Confesſionibus in Eccleſiæ loco patenti habeat, neq; in Sacrario, multò magis privata Domo Confeſſiones audire præſumat; niſi morbus aut alia gravis neceſſitas ſvaſerit contrarium, idq; ſemper ſtolâ & ſuperpelliceô indutus. Caveat ſummoperè, nè à circumſtantibus peccata Confitentium audiantur, multò magis ne ipſemet aliquô ſignô externô, iræ indignationis, majora eorum peccata manifeſtet, aut ſaltim ſuſpitionem illorum inferat circumſtantibus. Si ignorantem quempiam adverterit, eum benignè cum compaſſione quadam perquirat, & informet, quam pridem confeſſus fuerit? an pœnitentiam abſolverit? ſi rudis nimiùm fuerit, an caleat rudimenta fidei? an quid ex vere-

verecundia in aliqua Confessione non intermiserit? pariter interroget de numero & circumstantijs delictorum maximè aggravantibus, vel mutantibus peccati speciem. An Censuris non innodatus ob quam causam, & à quo? illud tamen plurimùm observet, nè in istis quæstionibus potiùs advertatur curiosus, aut quod periculosius est, in peccatis instruat, & doceat peccare: ubiq; maximô Judiciô, perspectâ cautelâ, opus hoc gerendum est. Injuriosis sive circa rem, sive famam alienam, si restitutionem detrectent, inhabituatis, qui passim ut canes ad vomitum redeunt, sine omni etiam brevi abstinentia à peccato & conatu abstinendi, nolentibus proximas peccandi occasiones relinquere, vindictam molientibus, nolentibus pariter restituere damna alteri causata, compensare Decimas & Census, absolutionem neget aut suspendat. Afflictis proponat finem malorum, solatium cœleste sine fine duraturum; superbis vanitatem gloriæ transeuntis, dissolutis & voluptuosis momentaneum quod delectat, æternum quod cruciat, contem-

contemptim peccantes & duros corde, Justitiâ DEI terreant, ac pœnis inferni, incertitudine diei & pœnitentiæ; hæc & similia in promptu habenda & declaranda. Et quod interdùm interveniat in concursu Populi, quod properanter à multis Confessiones excipiantur, omnes Confessarios seriò admonitos volumus, ut non attentâ multitudine Populi, satiùs audiant paucos, quàm multos expediant sine exacta dispositione, & cum periculo defectûs integralis, aut aliàs invalidæ & infructuosæ Confessionis. Cum rudibus & simplicibus Actus Contritionis, propositi firmi, Divini amoris eliciant, illosq; nunquàm nisi intellectô verô dolore dimittant cum absolutionis Beneficio. Caveant ne peccata audita in Confessione, verbô vel signô, aut quôvis modô directè vel indirectè prodant, sub pœnis rigorosissimis in Jure sancitis, cui interdum proditioni subservire solet pœnitentia pro delictis assignata notoria, ita ut ex ea vel conjecturent de gravitate delicti, vel non sine fundamento suspicentur, si à Confessione recedentes frequen-

frequentiora jejunia & alias caufas pias, mortificationes exercere advertant, quod ipfum maximè erga junctos conjugio vitare tenebũtur. Tandem pro ratione Præcepti Ecclefiæ decertantes, populum univerfum fibi commiffum hortabuntur, ut fuæ obligationis memores faltim femel in Anno circa Pafcha coram proprio Parocho Confeffionẽ abfolvant. Quodfi quifpiam alteri Confeffario peccata fua protunc Confiteri jufta ex caufa voluerit, licentiam priùs poftulet & obtineat à proprio Sacerdote minimè denegandam, cum aliter ille ipfum non poffit abfolvere vel ligare. Ipfi verò quidquid diligentiæ hac in parte habere poffunt, facere non intermittant. Conducet porrò, fi omnes Parochiæ fubjectos, ab his incipiendo, qui Septimum ætatis Annum impleverunt, per aliquem Ecclefiæ Miniftrum fideliter defcribi curent, & ordine Villarum difpofitô, ex qualibet illarum diftinctô die ad Ecclefiam convenire, & Confeffionem quotannìs ac Communionem faciant abfolvere, nullìs exactionibûs prætextu fchedularum in-

Conc: Later: fub Inn.: III. c. 31. de pœnit: & remis. c. omnis.

terpoſitîs, exceptô ſolummodò denariô Petri in nonnullis locis uſitatô. Quia verò ad administrationem iſtius Sacramenti pertinet cognoſcere vim Cenſurarum, & rationem caſuum reſervatorum, qui Jure Canonum Summo Pontifici, qui præterea Bullæ Cœnæ Domini, qui pro ingruentia delicti Episcopo ſunt reſervati? illorum notitiam pro expeditiori informatione annotamus:

CAPUT VIII.

De Publicatione Bullæ Cœnæ Domini & Caſibus Reſervatis Epiſc:

1mò. W *Takową Klątwę wpádaią wſzyſcy Heretycy, odſzczepieńcy, y ći ktorzy ich bronią w błędach ich.*

2dò. *Także wſzyſcy ktorzy chowaią, czytaią y drukuią Księgi Heretyckie bez dozwolenia OYCA Swiętego.*

3tiò. *Ktorzy Wiáry Kátolickiey nieprzyiaćiołom, iako to Heretykom, Poganom, Turkom,*

kom, Tatarom, Koni, Broni, náczynia Woiennego (ktorym Kátolicy woiuią) także y wßelákiey żywnośći dodaią.

4tò. *Wpádaią y ći ktorzy tymże Heretykom taiemnice albo ſekreta Wiary Swiętey Katolickiey wydaią, y ktorzy im tego pomagaią.*

5tò. *Panowie także Swieccy, ktorzy śię w ſprawy około beneficia wtrącaią y inne ſpráwy Duchowne ſądzą, nie maiąc ná to pozwolenia od Oyca S.*

6tò. *Y ći ktorzy Duchownych, iako to Kapituły, Kláßtory, Kollegia, do Sądow Swieckich pociągaią, á tym bárdźiey kiedy śię przećiw tymże w kryminály wdaią.*

7mò. *Także ktorzy Duchownym w Iurisdikcyách ich przeßkádzaią, y ktorzy przeßkádzać pomagaią.*

8vò. *Także ktorzy przeßkádzaią tym, ktorych OCIEC Swięty opatrzył Beneficyámi, áby ich nie doßły.*

9nò. *Wpádaią y ći, ktorzy áppelluiących álbo pielgrzymuiących do Rzymu więżą, zabiiáią, albo z Dobr zdźieraią.*

10mò. *Y ći, ktorzy Dekretom Rzymſkim do*

 exeku-

exekucyi iakimkolwiek ſpoſobem przeßkádzaią.

11mò. *Także ktorzy pożytki y dochody Kośćiołowi álbo Duchownym należące ſobie przywłáßczaią.*

12mò. *Także wßyſcy ktorzy Konſtitucye, Státuta, Dekreta ſtanowią, publikuią, álbo przed tym przećiwko Kośćiołom, Duchownym, y prawu onychże álbo poddanym ich ułożonych záżywaią.*

13tiò. *Także wßyſcy ktorzy pobory ná Dźieśięćiny wkłádaią, ßacunki y wßelákie ćiężary y podatki ná Káplány, ná Dobra Kośćielne y poddanych ich ſtacye wybieraią, ſtanowiſka w Dobrach ich czynią, podwody biorą, y inne ćiężary wynayduią, álbo też y dobrowolnie dáne bez pozwolenia OYCA Swiętego od nich biorą, y wßyſcy ktorzy im tego pomagaią.*

Caſus reſervati Summo Pontifici.

1mò. N*Aprzod w taką Klątwę wpádaią, ktorzy Duchowną Oſobę uderzą, álbo ranią, y pomocnicy ich.*

2dò.

2dò. *Także ktorzy do ſłużby Bożey przypuſzczaią zaklętych od OYCA Swiętego, y Kommiſſarzow Jego.*

3tiò. *Także ktorzy ze złośći palą y wyłamuią Kośćioły, y Kláſztory.*

4tò. *Także ktorzy przy śmierći od klątwy Papieſkiey rozgrzeſzeni nie ſtawili śię OYCU Swiętemu ozdrowiawſzy.*

5tò. *Także Zakonnicy, ktorzy ważyliby śię ádminiſtrowáć Sakramenta Małżeńſtwa, oſtatniego pomazánia Oleiem Swiętym bez pozwolenia Plebána álbo Biſkupa.*

6tò. *Także Kápłáni y Zakonnicy, ktorzy kogo námawiáli áby śię u nich w Kośćiele chował.*

7mò. *Także ktorzy przypuſzczaią Kápłány mieć Mſzą w Interdikćie Kośćioła.*

8vò. *Także y ći ktorzyby śię ważyli kogo rozgrzeſzyć od Slubu do Rzymu, do Ieruzalem, do S. IAKUBA, czyſtośći y Zakonu.*

9nò. *Także y ći, ktorzy śię ważą co brać od przyimowánia do Kláſztora, y dawać.*

10mò. *Także ktorzy śię dopuſzczaią Simonii w doſtąpieniu* Beneficia *y* Ordines. 11mò.

11mò. *Także ktorzy bez dozwolenia y przyczyn słusznych wchodzą do Pánien Zakonnych.*

12mò. *Także ktorzy przeszkádzaią, áby iákie Dobra nie dochodziły Duchownych, ktore im należą.*

13tiò. *Także ktorzy poiedynki odprawuią y patrzą ná nie.*

14tò. *Także ktorzy palą Domy, zboża, bywáią od Biskupa zaklęći y publikowani, tylko od OYCA Swiętego bywaią rozgrzeszeni.*

15tò. *Także ktorzy fałszywe listy Papieskie maią.*

Casus reservati Sedi Nostræ Ordinariæ

1mò. B*Luźnierstwa przećiwko BOGU álbo Swiętym Páńskim.*

2dò. *Kradźieża, álbo złe używánie Przenayświętszego SAKRAMENTU y Relikwij Swiętych.*

3tiò. *Gusła, zabobony, czary białogłowskie.*

4tò. *Zgwáłcenie álbo pokrwáwienie Kośćioła álbo Cmentárza.*

5tò.

5tò. *Mężoboystwo umyślne álbo też przypadkowe z przyczyny iakiey przeszłey, álbo z okazyi popełnienia rzeczy niedozwoloney.*

6tò. *Obćięćie álbo obrzynánie przedniego członka.*

7mò. *Uderzenie Rodźicow rozmyślne.*

8vò. *Máchinácye álbo knowánie ná śmierć cudzey Zony, álbo Małżonka.*

9nò. *Stáránie albo sprawowánie utraty płodu, choć skutku nie dostąpi.*

10mò. *Przyduszenie własnych Dźieci choć z nierozmyślnego kłádzienia onych przy sobie.*

11mò. *Cudzołostwo iawne, zgwałcenie y porwánie Pánny.*

12mò. *Grzech ćielesny z pokrewnym.*

13tiò. *Grzech ćielesny przećiw przyrodzeniu.*

14tò. *Kradźież znáczna.*

15tò. *Swiętokradztwo.*

16tò. *Krzywo-przyśięstwo publiczne.*

17mò. *Swiádectwo fałszywe.*

18vò. *Szarpanie sławy cudzey.*

19nò. *Zfałszowánie pisma wielkiey iakiey wagi pieniędzy, tudźież mensur y wag.*

20mò.

20mò. *Zápalenie Domu komu, wśi* &c. *umyślne.*

21mò. *Simonia.*

22dò. *Uderzenie lekkie Duchownych.*

23tiò. *Nieoddawánie álbo rozßárpánie Dźieśięćin, iako też zatrzymanie iakichkolwiek Dobr Kośćielnych.*

24tò, *Kupienie rzeczy Kośćielnych.*

25tò. *Zażywánie iakichkolwiek rzeczy p[o] śmierći Duchownego pozostáłych nieslußne.*

Y inne więkße grzechy, ktore w Konstitucyách Prowincyálnych są opisane lib: 4. Tit: de pænit: & remiss.

Quos ejusmodi Casus reservatos ac Bullæ Cœnæ Domini Polonico idiomate propter rudes, in alijs verò Germanico pro exigentia Personarum bis in Anno, Dominicâ videlicet Prima Adventûs, & in Quadragesima Die Cœnæ Domini. per Parochos publicari volumus & mandamus.

CAPUT IX.

De Missæ Sacrificio.

SUmmæ hic dignitatis suæ, Sacerdotes omnes meminisse persvaderem, si cuipiã vel obvii cogi-

cogitanti non ipſa dictaret ratio, ſe aſſumptum eſſe ad altiſſimum gradum in conficiẽdo hoc Sacramento, qui etiam Angelis eſt negatus. Certè in hoc Sacrificio mittunt ad DEUM hoſtiam, offerunt victimam, & quotidiana conſecratione inter DEUM & homines CHRISTUM creant, quodammodò, & conſtituunt mediatorem. DEI utiq; id opus maximum fuit, quod Nobis nunc commune. Idcircò conſiderent omnes Sacerdotes, quàm puras illibatas, & omnis labis expertes eorum manus eſſe oporteat; quæ Panẽ Angelorũ cibũ, in cujus fortitudine ambulamus, Agnũ immaculatũ pertractãt, & alijs diſtribuũt. Quàm purâ & cautè cuſtoditâ lĩguâ, quæ verbîs cõſecrationis CHRISTUM de thalamo cœleſti evocat, labia quæ quotidie CHRISTI rubẽt ſanguine, quàm fervens cor æſtuantis amoris receptaculum, tota deniq; anima, quæ indies agglutinatur CHRISTO, Sanctum Sanctorum ut recipiat, oportet eſſe Sanctiſſimam. Quare ut hoc fiat opportuniùs & exactiùs, Authoritate præſentis Synodi viſum eſt

Nobis pro Clero universo statuere sequentia: *Omnes quicunq; Sacerdotes sunt, nullô Canonicô jure impediti, Missæ Sacrificium sæpiùs, sanctè ac religiosè animô ad omnem devotionem compositô absolvant, ad illudq; faciendum omni pietate ac puritate animæ contendant, ut in tam super omnia alti ac eximij Mysterij meditatione, totô animô defixi, illud devotissimè continuent terminentq;.* Conducet porrò si accuratô & diligenti conscientiæ examine præmissô, singulis saltim septimanis, peccatorum suorum maculas, Sacrâ Exomologesi detergant, imò sæpiùs omninò si culpæ lethalis conscij, per solidam emendationem, ac seriam pœnitentiam, obicem ponant futurorum. In id verò incumbant studiosè, ut in actu tam tremendi operis, Fidem vivam, intentionem purissimam, bona opera, cæterasq; virtutes sibi habeant assistentes. Sub tempus celebrationis Missæ de negotijs domesticis, aut alijs quibusvis nullum verbum proferant, sed silentium, modestiam oculorum, compositionemq; quò ad omnia externa observando, totos se

Conc. Trid. Sess. 23. de reform. cap. 24.

Divi-

Divino impendant miniſterio. In illo peragendo neq; nimìs præcipitent (quod gravis irreverentiæ ſignum eſt) nec nimiùm ſint moroſi, ut Miſſa mediam horam adæquatè vix excedat. Rubricas Miſſalis diligenter obſervent, quæ ex libro legenda ſunt, memoriter non recitent, quæ ab adſtantibus audiri debent, altâ voce pronuntient, quæ ſecretò proferenda, ſubmiſsè legant. Munditia Altaris, linteaminum, maximè corporalis, index quidam eſt puritatis animæ (ut nonnulli obſervârunt.) Quapropter commendatum cupimus, ut omni diligentia Supellex Eccleſiaſtica munda ſit, nè patiantur menſas quandoq; vulgares, á ſe inſtructas vel ab alijs puriores eſſe quàm Ecclecleſiæ; quare meritò cum quodam Jubilo proloqui poſſint illa Pſalmi verba: *Domine, dilexi decorem Domûs tuæ & locum habitationis Gloriæ tuæ.* Habeatur quoq; in Eorum Eccleſijs ratio, ut ornamenta ejuſdem coloris, quem rubrica exigit, miniſtrentur. Albi, Rubri, Viridis, Violacei, vel cerulei, aut nigri colorum; ita ut ſemper caſula, antepedium,

Pſal. 25. v. 8.

ſtola, pala, burſa, & velum concordent in qualitate. Univerſa autem hæc Supellex in ſuis armarijs benè clauſis & digeſtis in ordinem quam comptiſſimè diſpoſita aſſervetur. Publicè & notoriè criminoſos aut ſcandaloſos à celebrandis Miſſæ Sacrificijs arcendos præcipimus. Peregrinos ac vagos abſq; literis commendatijs & authenticis Suorum Ordinariorum, Religioſos verò ſuorum Superiorum, multoq; magìs tales in Vicarios ſuſcipi, aut in ſui locum ſubſtitui, omninò ptohibemus. In celebrandis Miſſis pro ſtipendio maximè ſint cauti omnes Presbyteri, ne paciſcantur aut exigant ſupra ſolitum, caveantq; nè ſicut Catholicos Sacerdotes de appretiatione Miſſarum & vulgus imperitum, & Hæretici criminantur, eorum temerariè dicta factô ſuô flagitioſô confirment, quin imò ab hac infamia Sacerdotalem dignitatem unuſquiſq; defendere ſtudeat. Quodſi voluntariè aliquid offertur, & frequenter, ſint omninò circumſpecti, nè ſpe mercedis hujus illecti, gravibûs culpìs ſuas conſcientias illaqueent: ſi fraudaverint intentiones

Conc: Trid. Seſs: 22 in Sacr: cel. Miſſæ.

offe-

offerentium ad numerum oblatorum. Pro futura eleëmosyna in post danda (quod Ecclesia pridem abrogavit) offerre Missæ Sacrificia, & Nos penitùs abrogamus. Missas ante lucanas (exceptis temporibûs Adventûs & Nativitatis Domini Nostri JESU Christi in Galli cantu) itemq; aliàs usq; post meridiem protractas, quæ fiunt in gratiam Magnatum, haberi prohibemus. Sufficiet (ubi plures sunt Sacerdotes) primam Missam celebrari lucescente die, ut illi qui huic interfuerunt, Domum redire, & qui Domi remanserant, inde ad Ecclesiam antequàm altera Missa incipiat, tempestivè venire valeant. Summô Sacrificiô celabrandô horam communiter Decimam in pagis assignent, ita ut horâ dimidiâ Duodecimâ Devotio finiatur, designamus; & si qui horâ Decimâ pro audiendis Divinis non comparuerit, etiamsi Jure Patronatûs gaudeat, expectandum non esse decernimus; quia unum expectando, interdùm alij multi tædiô affecti, inauditâ Missâ facilè dilabuntur. Non permittant etiam Parochi, panes, caseos, & id

genus

genus oblationum rusticarum, in aliquo Altarium collocari, sed ad ea excipienda sportam ab Altari aliquantò remotam collocari faciant, cum tempus requiret. In summa hortentur omnes Curati cunctos Parochiæ suæ fideles, ut omnes Festis Diebus Missam audiant in Ecclesia Parochiali in qua per Baptismum regenerati, hæredes Regni cœlestis sunt effecti. Ipsi verò omni diligentiâ & applicatione ad Missæ Sacrificium peragendum incumbent, procuratis hostijs ex farina munda & recenti, triticeis, vinô purô, albô, clarô, non acidô, in quo sæpè defecisse multi villani Parochi sunt reperti. Et quò ad hanc materiam Sacramenti imò ad omnia puncta specificata obligat Sancta Synodus omnes Beneficiatos sub gravissimo onere Conscientiæ & reatu, quàmvis conscientias ipsorum obliget ipsa Fides, & præscriptum Sacrorum Canonum.

Conc. Trid. Sess. 22 de obser. cel. Missæ.

CA.

De Abuſu Patenæ.

ABrogando in fundamento deciſionis S. R. Congr: abuſum Patenæ per Sacerdotes finitô Miſſæ Sacrificiô ſæpiùs practicari ſolitum, dùm ſine reſpectu dignitatis & conditionis Perſonarum eandem ad oſculandum porrigunt, & ob lucrandum favorem ſæpè ſæpiùs per Eccleſiæ ſcamna ſeu cancellos cum ea divagentur. Quòcirca nè ejuſmodi pietatis cultus facilè vilipendium urgeat, & Authoritas Sacerdotis CHRISTUM agentis obſervetur, in omnibus & ſingulis tàm Sæcularium quàm Regularium Eccleſijs, ut nonniſi Perſonis in Senatoria dignitate, vel diſtincto honore ſpecialiter conſtitutis, Eccleſiarumq; Patronis in poſterùm appropinquantibus ad gradus Altaris, ad quod Miſſa peracta eſt, Patena ad oſculum reverenter porrigatur, obſervari volumus, idq; ſub pœnis Nobis & Officio Noſtro reſervatis.

CA-

De Sacratissimo Eucharistiæ Sacramento, & Communione Paschali.

TUm SS. Patrum testimoniis, tùm quotidianîs hactenùs ferè durantibûs miraculîs, dignitas, excellentia, virtus, & eminentia hujus Sacramenti, fideli Populo pridem perspecta esse debet, ita in-dies ultra & ultra commendanda. Quàpropter ad tantæ Majestatis thronum (qui ipsum salutis Nostræ Authorem & fontem continet) qui accedunt, quantam animæ & conscientiæ suæ puritatem circumferre illos oporteat, quis est qui non advertat, cum sciat, ut hôc Sacramentô nullum esse dignius, ita nullam graviorem culpam & reatũ si indignè pertractatur, aut sumitur. Ideoq; ut dijudicet quisq; Corpus Domini & se ipsum probet, ne quid ei ad summam animi integritatem & innocentiam desit, cum ad hæc Sacrosancta Mysteria accedit, Reverendi Parochi hortabuntur, ut & iram DEI effugiant & gratiarum Divinarum fructus percipiant ampli-

ampliores. Diligenter itaq; populum instruant, quâ & animi & corporis præparatione opus habeant, nè Sanctum canibus offerant, & nè margaritas mittant ante porcos. Arcebunt ab hoc Sanctissimo epulo, concubinarios publicos, ebriosos, fæneratores, excommunicatos, & interdictos, ac alios publicè scandalosos, qui semel atq; iterùm promissâ emendatione ad eadem peccata inhabituati revertuntur, & malitiosè perseverant, nisi postea eos vitam & mores emendâsse perspexerint. Arcebunt item pueros, usum rationis vix habentes. Adolescentibus autem, qui primâ vice Eucharistiam sumere voluerint, nisi benè examinatis, an hujus Sacramenti admirabilis notitiam perspectam habeant, nè præbeant, nisi priùs edocuerint. Amentibus quoq; & furiosis denegandum statuimus, præter quàm cùm vel lucida habeant intervalla vel in mortis articulo versantur (dummodo alicujus irreverentiæ aut incommodi non timeatur periculum) vel si antequàm in amentiam inciderint, summô suscipiendi hoc Sa-

cramentum flagraverint desideriô: Illorum autem, qui satis esse existimant, si semel duntaxat in Anno juxta præceptum Ecclesiæ, Corpus Domini accipiunt, omninò excutiant segnitiem, inducantq; svaviter, ut quemadmodum corpori ob ejus reficiendas vires in singulos dies subministrare alimentum consveverunt habent, ita etiam hôc Divinô cibô, animam alere, nutrire, & reficere, quam frequentissimè solennioribûs saltim CHRISTI Domini, tum Virginis ejus MATRIS Festîs non omittant. Cum autem nemo Paschali tempore Eucharistiæ sumptionem omittere, vel differre nulla de causa debeat; quicunq; ergò id facere neglexerint, & quidem in propria cujusvis ipsorum parochiali Ecclesia, eorum Nomina Parochus scriptô notata, Nobis vel Officio Nostro post finitum tempus Confessionis Paschalis deferat, & nisi moniti resipuerint, ab ingressu Ecclesiæ arceantur, & si illos mori contigerit, in locis Sacris nequaquàm sepeliantur sub pænis arbitrarijs. Ad effectum autem habendæ notitiæ, qui huic præcepto Ecclesiastico

Conc. Lat. cap. 21. de pænitentia.

paruerunt, vel non? omnes Parochi habeant conscriptum numerum Parochiariorum. Septimanâ verò antecedente Confessionem Paschalem, schedulas scriptas omnibus distribuant, quas postea durante tempore Confessionis Paschalis ab unoquoq; recipiant, sicq; numerum schedarum cum numero personarum conferent & confrontabunt. Quodsi quis à propria Parochia tempore hujus Paschalis Communionis præceptæ, ab Ecclesia absens fuerit, idem intra dies Octo post suum reditum, in dicta Parochia sua communicare sub pæna excommunicationis tenebitur, nisi huic præcepto, in alia Ecclesia se satisfecisse attestatione legitima probaverit. De illis verò qui modò sub una, modò sub altera Parochia, sua habent domicilia, illud observari volumus; ut alter Parochorum ab altero sciscitetur, an tales præcepto Ecclesiastico satisfecerint, quodsi contrarium ex relatione alterius Parochi perceperit! præscriptum supra, admonitionis modum in eo exequatur. Quia verò reperiuntur persæpè nonnulli, qui hôc sacrô tempore,

 vel

vel in lecto ægritudinis depositi, vel in carceribus detenti sunt, ut hâc cœlesti consolatione non priventur, illis communionem deferri, illosq; agnô vivificô refici, summoperè commendamus. Ita tamē, ut quādo Sacratissima Eucharistia ad eos deportatur, summa cum religione & adoratione, in decoro vasculo, velô decenter contectô, superpelliceô & stolâ indutus, luminibûs & tintinnabulô, ac etiam (ubi fieri poterit) umbellâ adhibitîs: Meminerint populum sibi subjectum sæpiùs admonere, ne infirmi sine tam salutaris Viatici perceptione ex hac vita decedant, ut tempestivè notos faciant Parochos; quoties aliquem infirmari contigerit, ut ad eum Sacratissima Eucharistia summa cum reverentia deferatur. Quodsi remotiùs Villa vel Oppidum existet, ac proinde Equitem ire oporteat Presbyterum, tunc omissô dictô apparatu, in capsula seu bursa ex collo Sacerdotis, cum tintinnabulo pendente, modestè deferatur. Ubi verò ad locum pervenerit, superpelliceum & Stolam omninò abhibeat, ministratôq; Sacramentô, occultata

Conc. Trid Ses. 13. de cultu cap. 5

capsu-

capsulâ cũ tintinnabulo revertatur. Præmonendi verò sunt diligenter illi, qui ægroti curam habent, ut ægrotantis cubiculum ab omni sorde purgetur, res profanæ omnes inde amoveantur. Mensâ, mappâ mundâ constratâ, Cruce & aliquâ Sacrâ Imagine, candelabris, cereisq; instructa apparetur pro collocando super corporale Sanctissimo Sacramento. Quid si dum Sacerdos venit, eum vi morbi ita affectum invenerit, ut illud ei ritè administrari non possit, tunc positâ super mensam Pyxide, immoretur paululùm, prostratîsq; genibûs unà cum alijs qui aderunt, DEUM supplex oret, actus amoris, doloris, spei, ac fidei recitet, deinde salubriter consolatus ægrotum, videndam si oportet, salutandam & adorandam exhibeat, aut recessurus inclusa cum vase benedicat. Potest autem imò debet hoc Sacramentum ministrari ægrotis, cùm periculum adest, quandoq; etiam noctu, post sumptum etiam cibum ne sine Viatico decedant, si nihil aliud obstet. Magistratus autem pios monebunt, ne plectendos capite aut aliâ

pœnâ

pænâ mortis afficiendos, ſine Sacra Communione, executioni demandent, communicaturosq; hujuſmodi, expeditos vinculis, in liberiorem ac decentiorem locum, pro reverentia tãti Sacramenti faciant, nè quemquam eo die, quô Euchariſtiam ſumpſit, *aut adminùs trium horarum ſpatiô elapſô*, ſupplicio affici patiantur. Ad extremùm omnibus Parochis, eorũq; Vicarijs præcipimus, ut quotieſcunq; hoc Sacramentum Fidelibus, præcipuè conditionis rudioris miniſtraverint, pro meliori recipientiũ diſpoſitione. Actus fidei, ſpei, charitatis, doloris, & deſiderij eliciant, ut ſic corde & animô præparati, promiſſionem illam dignè recipientium percipiant: *Qui manducat hunc Panem vivet in æternum.* Ut verò quàm exactiſſimè obſervandi hujus Diviniſſimi panis ratio habeatur, cunctis Eccleſiarum Rectoribus ac Parochis ſub intermiſſione Divini Judicij præcipimus, ut pro aſſervando hoc Sanctiſſimo Sacramento, Tabernaculum affabrè factum in Ara majori, ita ut moveri de loco nequeat, affixum, decentèr intùs & foris adornatum,

conopeô & ſericô contextô obtectum benè clauſum in ſuis Eccleſijs habere conentur, nec in ijſdem Ciborijs aliquid aliud etiam Sacrum recondi aut reponi ſinant, Claves ab illo nemini tradant, ſed penes ſolos Parochos aut eorum Vicarios perpetuò maneant, ſive in Sacriſtia in aliquo armario conſervent, ita, ut laicis nefas ſit eaſdem habere. Et quia ſpecies (ſub quibus DEUS homo latere creditur) corruptioni ſubjacere perſpectū novimus, proinde hoſtiæ conſecratæ hyeme ſingulìs Quindecim Diebûs, æſtate verò ſingulìs Octo aut Decem Diebûs renoventur injungimus. Renovationis tabula in Sacriſtia conſultò appendatur, in eaq; quôcunq; tempore facta fuerit renovatio, connotetur.

CAPUT XII.

De Expoſitione & Proceſſionibus.

EXpoſitiones frequētes ad arbitrium, (ex quibus vileſcere obſervantiam, & reveren-

verentiã ejuſdẽ Sãctiſſimi Sacramẽti novimus
omninò tollimus & prohibemus. Pariter Pro-
ceſſiones quæ ſine Noſtra vel Officij Noſtri licẽ-
tia cũ Sãctiſſimo fiunt, præterquàm in Feſto SS.
Corporis Christi, in Feſto Patroni Eccleſiæ, ſub
cujus invocatione illa erecta eſt. Pro qua die ve-
rò Proceſſio Sacratiſſimi Corporis Christi de-
terminabitur ad majorem Matricem Eccleſi-
am Cathedralem Poſnaniæ, alibi verò ad Pa-
rochialem inhærendo Decreto Sacri Conci-
lij, omnes tam Clerici Sæculares, tum & Ma-
giſtratus, quàm Regulares exempti, quicunq;
etiam Religioſi ad publicas Proceſſiones vo-
cati, ac deniq; omnes Confraternitates ſpon-
tè & liberè publicis proceſſionibus utpotè Sa-
cratiſſimi Corporis Christi, Rogationum, &
Sancti Marci Evangeliſtæ, ſervatâ modeſtia
in præcedentia, more uſitato, reſpectu cujus
controverſiæ & rixæ evitandæ veniunt, inter-
ſint, ſub ſeria animadverſione demandamus,
exceptîs iîs, qui in ſua clauſura perpetuò vi-
vunt, aut ſpeciali privilegiò in præmiſſis gau-
dent. In Feſtis verò Sacratiſſimi Corporis

Christi modoprimùm peractâ Processione, & ad majorem Matricem Ecclesiam reductâ, acceptâ benedictione revertantur & redeant ordinamus. Sub tempus autem prædictæ Processionis publicæ Sanctissimi Corporis dum & quando peragetur in alijs omnibus Ecclesijs Processiones ne fiant prohibemus. In Ecclesijs Regularium etiam in Festis SS. Patriarcharum Suorum Ordinum tùm aliorum Sanctorũ sui Ordinis ab Ecclesia Canonizatorum. Pariter in illis Ecclesijs, ubi Confraternitates sub invocatione B.M.V. institutæ sunt, si talis cõsvetudo recepta, annuimus peramanter, necnon Diebûs Quadragesimæ, quando in aliqua Ecclesia Passio cum flagellatione publica decantatur. Illud autem circa expositionem Sanctissimi observari volumus, ut circa Tabernaculum Sex ad minimùm candelæ, exceptîs lãpadibûs accendantur, servitoresq; nisi superpelliceîs induti assistant, præcautum desideramus. Lampadem autem die noctuq; ante Sanctissimum in Civitatibus & Oppidis, in Villis verò tempore devotionis ardendam Parochi

Breve Apostolicum Innocentij X. Annô 1645.

loci procurent, Authoritate præſentis Synodi cauſâ devotionis recommendamus.

CAPUT XIII.

De Extremæ Unctionis Sacramento.

PRovidentiſſima Patris æterni erga Nos ſollicitudo adverſus omnia, quæ Nobis totô vitæ Noſtræ decurſu inſidiantur pericula, multiplicia præparavit auxilia, variiſq; naturæ Noſtræ infirmitatibûs, diverſis gratiæ ſuæ medetur remediis. Nimirum contra mortem, quam per Originale peccatum contraximus, novæ regenerationis lavacrum ordinavit. Contra conflictus mundi & ſathanæ, Confirmationis Sacramentô Nos munivit, ut jam non Noſtris viribûs, ſed DEI cum virtute præliemur, deq; munere illius gratiæ victoriam referamus. Nè tandem deficiamus in via, Dominus de menſa ſua, efficaci & ſalutari Corporis & Sangvinis cibo, Nos paſcit & nutrit, ut contra omnes adverſitates ſæculi Nos red-

dat

dat validos & infractos. Aſt quia ſicubi tùm vel maximè imbecillitas Noſtra in mortis agone graviſſimìs tentationibûs concutitur, adverſarius ſiquidem Noſter, calcaneum hominis obſervat, ultimis ejus inſidiatur, & in exitu animæ tentationum ſuarum exerit machinas, nè tunc etiam malitia ipſius adversùm Nos prævaleat, bonus Dominus de gratiarum ſuarum muneribꝰ alleviationis & conſolationis remedia in extremæ Unctionis Sacramẽto providet ac procurat. Proinde advertãt Parochi omnes, & quibus cura adminiſtrationis Sacramentorum incumbit, quàm ſtrictam DEO ſint rationem reddituri, qui tam ſvaves, dulceſq́, extremæ Unctionis fructus populo explanare omittunt, multò magìs, ſi expetentibus denegare per negligentiam audent; proinde Fideles ſeriò adhortari conẽtur, ut tam ſalubre corporis & animæ remedium ſuſcipere non differant, donec ſenſibûs fuerint deſtituti. Recommendent paſsìm ut eo potiſſimùm tempore cœleſtem hanc medicinam recipere infirmi non recuſent, quandoSanctiſſimam Euchariſtiam permodum Viatici accipiũt. Adeoq́; poſt

Conc. Trid Ses. 24. de Refor. de Sacr. Extr Unct.

Viaticum ægro administratum subinde extrema Unctio tribuatur, nè infirmus exponatur periculô sine illa decedendi, aut saltim cũ minori animæ fructu eam recipiendi. Noverint Sacramẽtũ extremæ Unctionis, parvulis, perpetuò amẽtibus nunquã conferendum esse, quia tales nusquam mortale peccatum actuale cõmisisse præsumũtur; similiter denegari debet publicis peccatoribus, vel quasi ex professo peccantibus, uti sunt usuarij, concubinarij manifesti, meretrices publicæ, rebelles Ecclesiæ, nisi dederint, vel manifestaverint signa pœnitentiæ. Permittitur tamen dari phræneticis, furiosis, à cane rabido morsis, vel aliquo infortunio tactis, si nihil aliud obsit. Pueris doli capacibus, præsertìm si Sacramentum pœnitentiæ jam frequẽtaverint, cavebunt autem nè à Regularibus cujuscunq; Ordinis hocce Sacramenrum ministretur sine expressa Parochi Loci licẽtia & facultate, sub pœna Excommunicationis ipsô factô incurrenda. Advertant autem ipsorũ etiam obligationis interesse, quatenùs sæpiùs infirmum visitent, quãtùm fieri poterit, inquirendo de periculis, tentationi-

Clement: Religiosi de privilegijs Reg.

tionibus, inquietudinibus, ſcrupulis ægrotantis, cui ſalutaria remedia prout eis in Domino viſũ fuerit, providebunt.

CAPUT XIV.

De Sacramento Ordinis & Ordinandis.

UT in Eccleſia DEI vario jã Sacramentorũ munita genere, quædã unitas perduraret, cederet, Cõfuſio, Schiſmata exularẽt, placuit Salvatori Noſtro Domino JESU CHRISTO, qui Sacerdos fuit ſecundũ Ordinẽ Melchiſedech, Ordinis Sacramentũ inſtituere. Quod ad Miniſteria Eccleſiæ certi homines delecti ex omniũ Fidelium multitudine deſtinarentur, deputarẽtur, ſeligerentur. Et hâc notâ plebs CHRISTI, populus DEO acceptus manifeſtum haberet, qui nàm ſunt illi apud quos certitudo doctrinæ, puraq; veritas, inquirenda, à quibuſvè vera Sacramenta eſſent expetenda. Propterea noſſe debẽt omnes ad Sacros Ordines promovendi, quòd non honor, aut quæſtus debet eſſe, Ordinis vocatio, ſed

CHRI-

CHRISTI charitas & ſalus animarum, ideoq; perpendant ſeriò, quônàm titulô ad ejuſmodi dignitatem capeſſendam contendant, quâ intentione ducantur, eſumnè an JESUM inſectentur. Advertant prætérea, quòd Ordinati ſeu Sacerdotis Officium innocentiam, ſcientiam, aptitudinem, rectitudinem intentionis, Sanctitatem & exemplaritatem vitæ, conſtantiam, continentiam, cæteraſq; virtutes ſibi vendicet, innocentiâ dixi vel à Baptiſmo conſervatam, vel pænitentiæ operibûs reſtauratam. Cùm verò quàm plurimi currant ad Eccleſiaſticum ſtatum, vel tædiô laborioſæ aut ærumnoſæ in ſæculo vitæ, multi diſſipatô patrimoniô ad panem CHRISTI aſpirant, multi exactæ ætatis in ſæculo reliquias Sacerdotiô conſecrari nituntur, non DEO vocāte, ſed ita penuriâ rerum, vel aliquô reſpectu ſvadēte. Propterea ſtatuimus juxta Decreta Sacroſancti Concilij Trid: ex monito Apoſtolico, ut nemini manus citò imponamus, ſed quicunq; ad Eccleſiaſticum ſtatum aſpirabit, ſumet primò conſilium à ſuo Confeſſario, videbitq; ipſe ac trutinabit, an ex DEO ſit cogitatio ſua, tùm poſtea

ſtea ad Nos Officiumq; Noſtrum recurret, motiva ſuæ intentionis exponet, quæ ſi probaverimus, vel ab Officio Noſtro Generali probata adverterimus, voti compotes faciemus. Nihilominùs præmiſsìs adhuc iìs quæ ſtatuimus, ut ad Minores Ordines acceſſuri, teſtimonium de vita & moribus præſentent, quàm frequenter confiteri, Euchariſtiam ſumere conſveverint, quòd ſobrij & honeſtæ converſationis ſint, quòd de illis nihil mali audiatur, quòd ſtudiô talì vel talì in his vel alijs Scholis vacaverint, & ſufficiẽter literìs ſint inſtructi, cum Teſtimonio legitimi ortûs, quæ quidem Teſtimonia ut vera & ſincera illi, ad quos pertinet perhibeant ſub comminatione Divini Judicij obteſtamur. Et ſi (quod abſit) inhabiles aut ſcandaloſos promoverint & commendaverint, præter graviſſimum falſi crimen, quod incurrunt, ſciant ſe tanquàm impios in DEUM & Eccleſiam ejus, graviter puniendos. Ordinati ad Minores, priuſquàm ad Majores Sacros Ordines promoveantur, ſtudeãt perfectioni ac diſciplinæ illi, cui ſint initiandi Ordini, addiſcant cantum, rubricas Breviarij, Cere-

Conc. Trid Ses. 25. de Reform.

Conc. Trid Ses. 23. de Reform. Cap. 13.

Ceremonias circa Ritum Sacramentorum usitatas, sciant item reddere rationem Sacramẽtorum tam in genere, quàm in specie; sint apti ac idonei ad docendum populum. Praeterea qui ad Sacros Ordines promovendi sunt, ante quemlibet ex ipsis, exercitia Spiritualia per Octo saltim dies absolvant, & de eisdem absolutis, testimonium à Praefecto vel superiore loci uti illa absolverint, Nobis vel Officio Nostro praesentent, aliàs sciant se indispensabiliter ab Ordinibus rejiciendos. Ultimariè omnes ad Statum Ecclesiasticum aspirantes hortamur & obsecramus, ut Nostris Seminarijs Posnaniensi vel Varsaviensi, saltìm per annum integrum, propriô (à quibus haberi potest) sumptu, aut Fundatoriô maneant, ibiq; scientiam Sanctorum, doctrinam statui suo requisitam, & modum Ministerij sui rectè adimplendi addiscant; certoq; sibi persvadeant, eos semper ad Beneficia obtinenda priores, & caeterìs anteferendos fore, qui in iisdem Seminarijs scientiae & pietatis specimen prae caeteris dederint. Regulares ordinari debent à proprio

Episco-

Episcopo, in cujus Diœcesi reperiũtur juxta Cõstitutionem CLEMENTIS VIII & si habuerint dimissorias à suis Superioribus, debet exprimi, quòd Loci Ordinarius illorum proprius non sit habiturus vel ejus Suffraganeus Ordinationem exceptîs Reverendîs *PP. Societatis JESU* juxta Bullam GREGORII XIII, qui à quolibet Antistite in sua Diœcesi possunt ad Ordines promoveri extra tempora & non servatîs interstitiîs sine examine de scientia.

Adnotandum hìc quoq; duximus resultatum ex Concilio Romano contra Barones prohibentes Laicis, ne Clericali Militiæ sine ipsorum licentia adscribantur de tenore tali: *Non sunt insuper ullô modô ferenda, quæ à Dominis quibusdam temporalibus injuriosa noscimus, libertatem contra Ecclesiasticam inducta præjudicia. Mittentes enim ipsi cum Ozia manus in Sacra thuribula, in juvenes nempè DEO consecrandos, eos minîs ac metu incussîs ab Ecclesiæ ineundo servitio retrahunt, qui Clericali se militiæ appetunt initiari. Supplices namq; ab his præsumunt sibi offerri libellos, & dum placet,*

Conc. Rom in Basil. Lat. Ann. 1725. *à Benedicto* XIII. *celebratum. tit* XXVIII *cap.* 3.

placet, aut voce, aut scriptô, aut ad Episcopos se conferant ordinandos, licentiam impertiuntur. Hujusmodi Nos volentes audaciam cohibere, excommunicationis pœnam ferimus latæ sententiæ, Episcopis respectivè reservatam, tam contra Dominos temporales ipsos, qui directè vel indirectè, mediatè vel immediatè prædicta adhuc præsumpserint attentare, quàm contra Laicos promovendos vel eorum consanguineos, si per se vel per alios licentiam ipsam in posterum unquàm audeant impetrare.

CAPUT XV.
De Matrimonij Sacramento.

MUlta quæ de hoc Sacramento, tàm circa materiam, quàm circa formam, tùmq; alia impedientia sive dirimentia pertractant Theologi, hæc illis relinquimus (quamvis illorum notitiam & scientiam omnibus Parochis perspectam optaremus summoperè) ad præsens Nobis nosse sufficiat, Sacramentum hoc magnum, esse à CHRISTO Domino insti-

institutum, & ejus cum Ecclesia Symbolum genuinum. Hìc enim Patrem suum reliquit, & venit in terras ad mentem quodammodò scripturæ dicentis: *Dimittet homo Patrem & Matrem, & adhærebit uxori suæ.* Talis ergo cùm sit dignitatis, tenetur quilibet ad hunc Statum vocatus, obligatione Divinæ legis, in sanctificatione & honore illud suscipere & possidere, ut jugum sit leve & svave portatu, quod non unius diei vel Annorum spatiô potestatem voluntatis arctat, sed quantoperè Vir & Mulier ejus vivit. Quare ut certiùs eveniat gratiarum huic Statui accomodatarum largitio; monemus RR. Parochos nè statim benedicere Conjuges præsumant, sed (maximè rudiores) nisi priùs de obligationibus & Fidei verumq; mysterijs instructos, ad Confessioné, erint; ac ita de peccatis dolorem inducere studutùm primùm bene dispositos Sacraq; Synaxi refectos, nuntiationum debitô ordine servatô tamen de- tribus Festîs diebûs. idq; in concursu Populi, qui duorum saltìm dierum spatiô abinvicem dividuntur; hanc

Concilium Tridentinum ses: 24 de refor: matr: c. 1. Rubr: Rit: Rom: de Sacr: Matr.

metho-

methodum ſuper his denūtiationibus ſeu bannis, adeò obſervari volumus, ut Parochus ne quidem ſuper tertia intermittenda, ſine conſenſu & licentia Noſtra valeat diſpēſare; quodſi poſt primam vel ſecundam denuntiationem, aliquod ex impedimentis, ex probabili aliqua conjectura vel relatione didicerint, & ipſis de tali conſtiterit impedimento, quòd illud inire minimè liceat, antequam Nos vel Officium Noſtrum conſulant, ulteriùs in denuntiationibus non progrediantur, Sponſoſq; moneant, ut tantiſper abſtineant à propoſito. Cum quibus in bannis per indultum diſpenſabimus, non priùs ad benedictionem illorum Matrimonij accedant, niſi priùs Teſtes Originis & cōverſationis contrahentium, gnaros, ſibi notos, utrum aliquod non intercedat impedimentum Canonicum, examinaverint. Cæter[illegible]ām in pri[illegible]re debent, ne aliquos extra Ec[illegible]ſtra, item tem[illegible] vatis Ædibus, ſine licentia N[illegible] Matrimoniô jun[illegible] pore ab Eccleſ[illegible] gant, videlicet à Dominica Prima Adventū ad Epiphaniam Domini, & à Feria Quarta Cine-

Cinerum, usq; ad Octavam Paschatis inclusivè. De vagabundis Personis illud universaliter statuimus, ut sine debito examine & Testimonialibus Literis ad Sacramentum Matrimonij facile non admittantur, sunt enim pleriq; tàm improbi animi, sensusq; perversi, ut primâ uxore relictâ, illâq; superstite, alijs in locis contrahant Matrimonia. Quandò Matrimonium contrahitur inter Virum, qui sit de una Parochia, & Mulierem de alia, sufficit, ut contrahatur coram Parocho alterutrius, sic statuente Sacrâ Rituum Congregatione per GREGORIUM XIII approbata. Denuntiationes tamen tàm in Parochia Sponsi, quàm in Parochia Sponsæ omninò expediendæ erunt, quod si ipsis constiterit alterutrum ex Sponsis coactum, vel vi aliquâ impulsum contrahere, ne talia benedicant Matrimonia Conc: Trid: sub anathemate præcipit. Et quia non rarò Domini Sæculares subditos suos invitos ad contrahendum Matrimonium cogere cum hac vel illa Persona consveverunt, hinc ad pleniorem Parochorum notitiam, ne talia Matrimonia benedi-

Conc. Trid Sess: 24. de reform: Matr: c. 1.

Conc. Trid Sess. 24. de reform: Matrim:

nedicant, Sanctionem Conc: Trident: contra impedientes libertatem Matrimonij apponimus: *Ita plerùmq; temporalium Dominorum ac Magiſtratuum mentis oculos terreni affectus atq; cupiditates excæcant, ut Viros & Mulieres, ſub eorum juriſdictione degentes, maximè divites, vel ſpem magnæ hæreditatis habentes, minîs & pænîs adigant cum ijs invitis Matrimonium contrahere, quos ipſi Domini vel* [illegible] *illi præſcripſerint. Quare cum maximè nefarium ſit, Matrimonij libertatem violare, & ab eis injurias naſci, à quibus Jura expectantur, præcipit Sancta Synodus, cujuſcunq; gradûs, dignitatis vel conditionis exiſtant, ſub anathematis pæna, quam ipsô factô incurrant, nè quôvis modô, directè vel indirectè, ſubditos ſuos, vel quoſcunq; alios cogant, quominùs liberè Matrimonium contrahant.*

Seſſ: 24. de Reform. Matrim: c. 9.

Ad extremùm peractîs omnibûs, quæ de Ritu & adminiſtratione hujus Sacramenti fusè in Libro Agendorum tractantur, notabit diligenter Parochus, Nomina & Cognomina tàm Conjugum quàm Teſtium, diemq; & locu[m] contra-

contracti Matrimonij, in destinato ad id Libro in hunc modum: *Annô* exempli gratiâ 1739. *Die N. Mensis N. Ego NN. Parochus vel Vicarius Ecclesiæ Parochialis N. Matrimonium inter NN contractum, confirmavi in Ecclesia eadem, vel alibi, præsentibûs N. & N. & aliîs multîs de Populo, præmissîs solitîs denuntiationibûs.*

CAPUT XVI.
De Exercitijs seu Recollectionibus.

ADeò depravata est naturæ humanæ conditio, ut quamvis quisq; Nostrûm, sublimia quæq; statui suo proportionata tenere velit, quamvis ad perfectionem Sacerdote dignam contendere illamq; comprehendere admittatur, nihilominùs ex fragilitate illius, à multis rerum temporalium curis, ac negotijs hæc omnia dilabentur. Vel si sensu Evangelij (de Verbo DEI) loquar: in Nobis intentiones optimas, grandia proposita, conatus haud exiguos, hæ suffocant spinæ,

hæ

hæ depaſcunt volucres, hæ vineas (quarum fructus palatô DEI optaremus pereximios) demoliuntur vulpeculæ; ita ut plerumq; eveniat, ut quiſq; Noſtrûm turbatus circa plurima, unum non raro relinquit neceſſarium. Et ſic ſicut Populus, fiat Sacerdos, experiaturq; etiam de ſe dici illa Leonis verba, quæ re-ctiùs de Religioſis dici volebat: *Dum per varias actiones vitæ hujus ſollicitudo diſtenditur neceſſe eſt de mundano pulvere etiam Religioſa corda ſordeſcere.* Quare nè inquinamenti hujuſmodi profundiore cænô Nos committamus, Viros Apoſtolicos ſicubi! hìc certè de pedibus excutere pulverem oportet, inq; aliam declinare Civitatem cujuſpiam ſolitudinis, media in Urbe eremum quærere ac deſertum, ubi deſertîs omnibûs negotiîs DEI Sacerdos ſibi ipſi reſtituitur, ſiſtatq; ſe ſolus coram Judice DEO anteacta ſua perpendat, cernat defectus quos corrigat, vitia quæ emendet, colligat quodammodò ſpiritus diſſipatos, perpendat in cura animarum commiſſas negligentias deniq; contra DEUM, proximum & ſe ipſum

nevos

nevos & maculas, tùm per pias Meditationes, & contriti cordis suspiria, Confessionem generalem, ferventia desideria, Seriæ emendationis proposita, & media efficacia ad correctionem à DEO inspirata, totus in Spiritu renovetur, dicatq; pleno lætitiæ spiritu: *Vivo ego, jam non ego*; *Dixi nunc cœpi*; *Hæc mutatio dexteræ excelsi.* Ad hunc proinde finem omnes & singulos Nostræ Diœcesis Sacerdotes ut optamus ex animo, ita & obsecramus ac præcipimus, ut intra currentem annum, annuas Recollectiones absolvant, captato quisq; tempore, illudq; Decano suo denuntient, substitutoq; ad Ecclesiam probato Sacerdote subducant sese, vacentq; Spiritualibus exercitijs per Septem vel Octo Dies, ibiq; quidquid sordidum est, de humano pulvere detergant, Ecclesiasticum reparent spiritum, mentis aciem ad Divinarum rerum contemplationem attollant, enim verò his exercitijs rectè sanctèq; vivendi norma aut instituitur, aut roboratur. Quòd ut commodiùs cuiq; eveniat, pro Ducatu Masoviæ viciniora cuiq; pro commodo

Domicilia aſſignamus, & quidem *Varſaviæ* Seminarium Diœceſanum, Collegium RR. PP. *Societatis IESU*; item Domum Presbyterorum Congregationis Miſſionis, quæ non ita diſtātes loco ſunt. In Majori verò Polonia, ſive in Seminario Poſnanienſi, ſive apud PP. *Societatis*, ſive etiam *Goſtini* in Congregatione S. PHILIPPI NERII, ſub directione alicujus Patris Spiritualis, teſtimonium de illis abſolutis Nobis ſeu Officio Noſtro exhibeant, quod à recurrentibus ad Approbationes, Officiales Noſtri ſollicitè exquirent, & niſi docuerint ſe Exercitijs Spiritualibûs vacâſſe, pænîs arbitrariîs Officio Noſtro reſervatis puniendos voluimus, tempuſq; abſolvendarum illis præfigi. Qua de re etiam obligamus ſeriò RR. Decanos, ut ipſi idem facientes deferant eos, qui huic Noſtræ Ordinationi & primario CHRISTI exemplo obedire noluerint.



CAPUT

CAPUT XVII.

De Feſtis.

SUmmo cum animi dolore intuemur ex inveterato abuſu iniquos progreſſus in corruptelam legis Divinæ cum derogatione Feſtorum ad populum celebrium procedere, ad quorum cultum ſicut ipſemet Creator quiescendo die ſeptimâ à laboribus, nobis exemplum dedit ita eadem ſanctificare præcepit, Catholica quoq; Eccleſia veteris Noviq; teſtamenti oraculis inſtituta, dies Dominicos alioſq; per annum æterno totius temporis Creatori ac Domino conſecravit. Quare in remedium ſalutis pro Officio Noſtro Paſtorali Diœceſis Noſtræ, Dominos Capitaneos, ac univerſos Magiſtratus in Domino monemus, Spiritualium verò Bonorum quorumcunq; Adminiſtratoribus, Proviſoribus, Oeconomis, ſub pænis arbitrio Noſtro infligendis inhibemus, ne diebûs ad populum celebribûs per Concionatores quâlibet Dominicâ denuntiandîs, Subditos ad itinerationes & agreſtes labores, aut alia ſervilia onera inuſi-

inusiatata præstanda, cogant & necessitent, quinimò exemplum præbeant, ut præcepto Ecclesiæ iisdem diebûs in audiendis Divinis tum & concionibus satisfiat. Nundinas, mercaturas, exerceri minimè patiantur, quæ si in die Festo ad populum celebri inciderint, in subsequentem feriatam diem laudabili observantiâ nonnullorum Oppidorum hujus Diœcesis transferantur, permissîs solummodò Foralibûs in divenditione victualium hyeme ad horam Nonam matutinam, æstate verò ad Octavam duraturîs. Quòcirca omnes & singuli tam Orthodoxæ Religionis Catholicæ, quàm confessionis Augustanæ Jncolæ huius Diœcesis Festa infrascripta celebrari Sacrosanctè curent, eosdem in Domino hortamur, quæ Festa per singulos Menses sunt huius modi: *Mense Januario* CIRCUMCISIO Domini, EPIPHANIA Domini, S. AGNETIS Virginis & Martyris. *Mense Februario.* Purificatio B.M.V. S. MATHIÆ Apostoli. *Mense Martio.* S. CASIMIRI Confessoris, S. JOSEPHI Confessoris, Annuntiatio B.M.V. *Mense Aprili.*

Cap. omnis ac Feryis Provin: lib. 2. fol. 21.

li. S. Adalberti Episcopi & Martyris. *Mense Majo.* SS. Philippi & Jacobi Apostolorum, Inventio S. CRUCIS, S. Stanislai Episcopi & Martyris. *Mense Junio.* Nativitas S. Joannis Baptistæ, SS. Petri & Pauli Apostolorum. *Mense Julio.* Visitatio B. M. V., S. Margarithæ Virginis & Martyris, S. Mariæ Magdalenæ, S. Jacobi Apostoli, S. Annæ Matris B. M. V. *Mense Augusto.* S. Laurentii Martyris, Assumptio B. M. V., S. Bartholomæi Apostoli, *Mense Septembri.* Nativitas B. M. V. Exaltationis S. Crucis, S. Matthæi Apostoli, Dedicatio S. Michaelis Archangeli. *Mense Octobri.* SS. Simonis & Judæ Apostolorum. *Mense Novembri.* Festum Omnium Sanctorum, S. Martini, Episcopi & Confessoris, S. Catharinæ Virginis & Martyris, S. Andreæ Apostoli. *Mense Decembri.* S. Nicolai Episcopi & Confessoris, Conceptio B. M. V., S. Thomæ Apostoli, Nativitas Domini Nostri JESU Christi, S. Stephani Protomartyris, S. Joannis Apostoli & Evangelistæ, SS. Jnnocentium Martyrum, & alia Fe-

sta

ſta mobilia, Paſcha, Aſcenſio Domini, Pentecoſte. Ut itaq; in præmiſſis ſit uniformis cultus, & in populo tollatur confuſio, Diſpenſationes omnes & ſingulas, ſuper iiſdem Feſtis, emanatas abrogamus, caſſamus, & pro nullis declaramus, cæterum vigore Reſolutionis Sacr: Rit: Congr: pro Regno Poloniæ emanatæ, imminente neceſſitate, ob pluvias, ob colligendas fruges, & alias legitimas rationes, licitè per Parochos diſpenſari poſſe, prout & practicatur, juſtum adinvenimus. Nec id ſalutare cenſuimus, quòd in Oppidis & Villis, occurrente Feſtivitate ſolenniori, in Cemeterijs, non tantùm variæ res, neceſſariæ, verùm & liquores venum exponantur, & ubi conceſſa eſt Indulgentia plenaria, non ex theſauris gratiarum infiniti valoris Animæ appretiantur, verùm magìs ebrietatis vitiô contaminantur. Volumus itaq; ut omnes Eccleſiarum quarumcunq; Rectores, ac Præpoſiti, talem abuſum fieri non permittant, quinimò tollendo ejuſmodi inconvenientias per ſe, & per D. Hæredes ſive Poſſeſſores, locorum, aut

S. R. Cõgr: 1634. Die 11. Januar.

aliquam

aliquam Superioritatem & Jurisdictionem, præpediant, amoveant, & aboleant. Insuper statuimus, ut sub tempus præcipuarum Festivitatum, dum Divina Officia in Ecclesijs celebrantur, extra Ecclesias cujuscunq; Statûs & conditionis homines, ab horreis, lusibus, saltibus, abstineant decernimus, & sub pænis arbitrarijs per Officia Consistorialia Posnaniensia & Varsaviensia, infligendis inhibemus.

CAPUT XVIII.
De Archidiaconis.

SPeculatorem Nos ministeriorum DEI constituit Divina gratia, ut verò eò exactiùs devium animadvertere, & publico Ecclesiarum bono efficaciùs prospicere valeamus, ad rectam disciplinam morum oculos Episcopi Archidiaconos, ex præcepto Constitutionum Provincialium Viris ætate, moribûs gravibûs, prudentibûs, ac virtutum Christianarum Studiosis constitutis, & constituendis, censemus, qui quatenus inchoatas Visitationes,

Cõc. Trid. Sess. 24. c. 12.

Constit: Provin: lib: 1. de Arch:

ones, ſuorum Archidiaconatuum ob juſtas rationes, nondum finitas, modeſto equitatu, & famulatu contenti continuent, mulctas pecuniarias non exigant, tanto minùs pœnam excommunicationis comminentur, ſuper vita & honeſtate Clericorum ac Sacerdotum acceſſorium & præparatorium Proceſſum forment, & inquiſitiones ſuper incumbentijs, prævió Jurametó ſuper dicenda veritate per Teſtes, (quorum poſtmodùm difficilis & ferè impoſſibilis inductio foret,) præſtando, in præſentia Citati Parochi expediant, & eundem ſi delictum meruerit, à Divinis ſuſpendant, præmiſſôq; modo formatum Proceſſum, ad Nos Judiciumq; Noſtrum Ordinarium remittant, obſervari volumus. Finitâ demũ Viſitatione, Acta ejuſdem mundè conſcripta & compacta ad Archivum Conſiſtorij Poſnanienſis, ex Archidiaconatu verò Varſavienſi ad Archivum Varſavienſe, in decurſu Quatuor Menſium reddant & reponant, ordinamus, & ſicuti Viſitationi Subjectos gravari nolumus, ita Viſitatoribus debitum honorem & reverentiam ab ijs qui viſitan-

tantur deferri, ac eosdem sufficientibûs provisionibûs, (quæ ipsis de jure debentur,) honorari præcipimus.

CAPUT XIX.

De Prælatis & Canonicis tàm Cathedralis quàm Collegiatarum Ecclesiarum, eorumq; Residentia.

IN Ecclesia Cathedrali & Collegiatis non sine magna cultûs Divini diminutione, cum neglectu boni Ordinis & supellectilis Ecclesiasticæ jactura sæpè sæpiùs accidit, quòd Prælati suîs Prælaturîs Vicariorum dirigendorum, Scholæ regendæ, ac Sacræ Supellectilis servandæ curam annexam habentes, & ipsi in personis suis non resident, neminemq; in absentia sui ad obeunda sua munia, substituunt; proinde quatenùs hujuscemodi Prælaturas obtinentes, sub tempus absentiæ suæ per vicariam alicujus Confratrum operam, Officiorũ suorum obligationes exequantur, & adimpleant, in præmissis incumbentiis præscriptum Constitutio-

Łubieński Const. Provi. Annô 1643.

num Provincialium observari volumus, sub pæna sequestrationis certæ partis fructuum arbitriô Ordinarij ex Præbendis ipsorum detrahendæ, ita tamen, ut Prælati abesse non possint, nisi ex causis juxta præscriptum Sacrorū Canonum & Sac: Conc: Trid: ac Constitutionis *p.m.* URBANI VIII super Residentia EPISCOPORUM. Adnotandum quoq; duximus, quòd EPISCOPO Pontificaliter celebranti vel Ordinati solenniter debent assistere prima dignitas, seu in ejus absentia honoratior in pluviali & duo Canonici, unus pro Diacono, & alter pro Subdiacono, & renitentes cogi possunt per Censuras. Expositum quoq; Nobis & remóstratum est, quòd Perillustris & Religiosissimus Commendator Posnaniensis existens Præbendatus Canonicus Cathedralis vigore Privilegij fundationis suæ de *Anno* 1218 confecti, Actis Castrensibus Posnaniensibus Feriâ Tertiâ post Dominicam Jubilate, *Annô* 1668 ingrossati, ad conservandum in Ecclesia Cathedrali Posnaniensi & propriis impensis alendi ac salariandum unum Vicarium est obligatus, quem

Pacis Jordanis c. 33 n. 1. fol. 12.

quem tamen non fovet, idcircò Nos augem cultûs Divini Suffragiumq; Fundatorum intendentes, & præ oculis habentes, ne mens eorundem defraudetur, dictum Perillustrem Cōmendatorem licet quidem absentem Authoritate præsenti Synodis monemus, & in Domino hortamur, quatenùs piam intentionem Fundatorum effectuari, clausulæq; Privilegij allegati satisfieri curet, ac Vicarium juxta nexum suæ obligationis ad inserviendum Ecclesiæ Cathedrali in locum sui substituat & eundem solariet, obligamus. Cum verò arrogantia nonnullorum Presbyterorum per emulationem in ferendo Mantoletto & Rochetta invaluit, eundem abusum tollere volentes, authoritate præsentis Synodi statuimus & declaramus, quòd ejusmodi usus vestitûs solis Canonicis Cathedralibus Diœcesis debetur per Nostram Diœcesim, tum Prælatis & Canonicis Insignis Collegiatæ Varsaviensis, actualibus etiam extra suam Ecclesiā, illis inquā, qui actu sunt in gremio tàm Cathedralis, quā immediatè dictæ Collegiatæ Ecclesiæ, non verò, qui usurpativè titulo

dicti Canonicatûs gaudere præsumunt, quibus tum & alijs Presbyteris sicut ejusmodi usum sub pænis arbitrarijs interdicimus. Ita si ex alia Diœcesi Cathedrales vel Collegiatæ Prælati vel Canonici usum Mantoletti vel Rochettæ habentes in Nostra Diœcesi præmissis uti voluerint, specialem facultatem libenti animo Ipsis dandã à Nobis obtinere tenebuntur. Iidem Domini Capitulares vestitum Choralem talarem non nimis abbreviatũ gerãt, in Stallis verò biretîs utantur, Antecessorũ Nostrorũ Cõstitutiones innovamus.

CAPUT XX.

Approbatio usûs Almutiorũ Prælatis & Canonicis Collegiatæ D. MARIÆ MAGDALENÆ Posn: concessi.

ANnuendo postulatis Prælatorum & Canonicorum Ecclesiæ Collegiatæ & Parochialis Divæ MARIÆ MAGDALENÆ Posnaniensis, usum Almutiorum ex pellibus murinis in Processionibus Stallis, dum & quando id Solennitas devotionis exigerit, ad normam

mam Collegiatarum in alijs Diœcesibus consistentur pro distinctorio concessum authoritate præsentis Synodi approbamus, dictosq; Prælatos, Canonicos, Præbendarios, Altaristas, Vicarios præfatæ Collegiatæ à Jurisdictione Decani, Foranei ejusq; Cõgregatione Decanali exẽptos fore declaramus, quorum excessus negligẽtias in levioribus corrigẽdi, puniẽdi, facultatẽ Præposito toties dictæ Collegiatæ suo cum Capitulo dandam & concedendam esse duximus, similem exemptionem etiam alijs Collegiatis Ecclesijs ubi Capitulum Canonicorum reperitur inservire declaramus, ita tamen? ut quôlibet Annô Libros Metrices suæ Ecclesiæ, tum & Regestra Proventuum ad Nos sive Officium Nostrum ad subscribendum comportent injungimus.

C A P V T XXI.

Manutentio Officij Vice-Decanalis Ecclesiæ Cathedralis Posnaniensis, circa extraditionem & impressionem Rubricellarum pro Diœcesi Posn:

Resol-

REsolvendo verò demùm recursum Reverendi Vice-Decani Ecclesiæ Cathedralis Nostræ Posnaniensis in puncto imprimendarum Rubricellarū ad Nos sub Actu Synodi præsentis factum manutenendoq; dictum recurrentem circa Officium Vice-Decanale ad alias Cathedrales Ecclesias observari solitum ipsi & succedaneis Vice-Decanis Nostræ Ecclesiæ Cathedralis Posnaniensis solummodò extraditionem & impressionem prædictarum Rubricellarum pro Clero Sæculari hujus Diœcesis competere declaramus, & ne ejusmodi Rubricellæ alibi tàm à Sæcularibus quàm Regularibus imprimantur sub amissione earundem & alijs pænis Arbitrarijs seriò inhibemus.

CAPVT XXII.

De Congregationibus Decanalibus.

Constit: Provinc: libr: 1. de Officio Decani ruralis.

MUnus & Officium Decanorum Foraneorum pro adjumento in partem sollicitudinis Nostræ EPISCOPALIS ex præscripto Statuti Provincialis provisum repe-

reperimus. Proinde ante omnia Juramentum juxta tenorem instrumenti Decanalis præstitum in mentem ipsorum revocandum esse duximus. Sicuti verò in Decanatu suo, alijs præsunt Presbyteris, ita quoq; honore & distinctâ observantiâ; ut habeantur, volumus: Quòcirca Ipsis jurisdictionem, in scandalosos Presbyteros permittimus, ut si quempiam in Decanali Congregatione, excessibus laborantem compererint, eundem moneant, & si monitionibus non obtẽperaverit, ipsum pro qualitate excessûs si irregularitatem non sapiat, cum suspensione à Divinis & assignatione Recollectionum puniant, *salvô recursu si se gravatum senserit ad Iudicium Nostrum Ordinarium reservatô*: Si autem perseverando in pravo habitu meliorẽ rationem vivẽdi non assumpserit, Nobis sive Officio Nostro deferant, alioquin temerè non deferentes pænâ arbitrariâ punientur. Quodsi verò delinquens de fuga suspectum se exhibuerit, eundem cum adminiculo Assessorum Congregationis Decanalis captivari, & ad Officium revehi ac transmitti cu-

rent,

rent, res verò omnes & singulas ad ulteriorem Officij Nostri resolutionem sequestrari, dicti RR. DECANI faciant, statuimus. Obligamus præterea eosdem RR. DECANOS, quatenùs in posterùm Ecclesias Decanatuum suorum semel in Anno sine tamen ceremonijs dignitati Archi-Diaconi inservientibus visitent, & omnibûs diligenter lustratìs, ejusmodi Visitationem peractam Perillustr: Archi-Diaconis suis transmittant, eosdemq; sub tempus Generalis Visitationis dum Decanatum aggrediuntur visitandum, ad viciniorem Parochũ dicti RR. Decani rurales, ulteriùs verò Parochi viâ cursoriâ cõcomitentur, Decreta Ordinationum circa Visitationes per ipsos lata ad effectum deducere procurent, eosdem obligatos esse censuimus. Desiderando verò in animo resuscitare fervorem devotionis in suffragium Animarum, per nonnullos Decanatus in se assumptum & adusq; observari solitum per alios verò intermissum, quatenùs Decanatus semper tres in uno aggregato computando per Diœcesim Nostram ejusmodi devotionis vinculum

culum reaſſumant ac nexu ſuffragij & obligationis obſtringant in Domino commendamus. Juſta quoq; poſtulata Decanatuū adinvenimus, quod cùm Parochi, ac ipſorum Vicarij, aut Altariſtæ expiratâ approbatione à Caſibus Reſervatis, à Nobis ſive à Noſtris Delegatis obtentâ pro præfixo termino, pro nova recursū facere non valent, ſolvendo juſtum ipſorum ſcrupulum & ut reddantur eò tutiores in poteſtate juriſdictionis ad abſolvendos pænitentes ſibi datâ, eaſdem approbationes in ſcripto & forma authentica ex Cancellaria poſt-curiali, ſive Conſiſtoriali exportatas, ſeu exportandas ad decurſum duorum Menſium prorogandi Decanis Foraneis, ſpecialem facultatem reſpectivè ad ſuos Decanatus exercendam authoritate Ordinariâ communicamus, ita tamen; ut circa appoſitionem prorogationis apponatur, quatenùs prorogatô ſpatiô elapſô Presbyter examini ſe ſiſtat coram Examinatoribus, ſive Examinatore Synodali & novum procuret approbationis Inſtrumentum.

CAPVT XXIII.

De Residentia Parochorum.

FActi sumus forma gregis; vigilantiæ itaq; boni Parochi incumbit, oves suas agnoscere, pro his Sacrificium offerre, verbi Divini prædicatione, Sacramentorum administratione, ac bonorum operum exemplô pascere. Patrimonij CHRISTI Dispensatores constituti, Pauperum, & miserabilium personarum principales Curatores, non autem mercenarios nos esse monstremus. Quòcirca ut de animabus Nobis concreditis quas DEUS de manibus cujuslibet Parochi repetet, in die districti Judicij reddere valeamus rationem, fideleq; Ministerium adimpleatur, omnes & singulos beneficia Curata possidentes sub interminatione ejusdem Divini Judicij obtestamur, & hortamur, ut curam Animarum sibi commissam sedulò, ac diligenter gerant, & circa Beneficia sua personaliter resideant, nec ex causa cujuscunq; obsequii sæcularium quarumvis Personarum, aut occasione prætensæ cujusvis necessitatis, justo tempore sine licentia Nostra

Cōc. Trid. Sess. 23. c. 1. de Refor.

Cōc. Trid. Sess. 23. c. 1. de Refor.

sese

ſeſe ab Eccleſijs abſentent. Aliàs enim ultrà reatum peccati mortalis, pro rata temporis abſentiæ fructus non facient ſuos, nec tutâ conſcientiâ, quamvis etiam nulla declaratio Judicis ſubſecuta ſit, eoſdem retinere poſſunt, ſed pro fabrica loci, aut pauperibus erogare tenentur. Nec quiſquam ſibi confidat, aut perſvadeat ſufficere in Vinea CHRISTI per Vicarios laborare, alioquin ſatis eſſet, per Vicarios manducare. Vocati ad infirmum, quocunq; tempore, abſq; ulla mora, omnibus alijs negotijs poſtpoſitis, ſtatim evolent, & licet periculum non dicatur adeò eſſe magnum, tutiora tamen eo in paſſu ſequantur conſilia, imò non ſemper expectent, donec ab ipſis infirmis invitentur, ſed ipſimet de Parochianorum ſuorum valetudine inquirant, ac periclitantibus paternè ſubveniant, juxta illud: *Conſolare illum in exitu Spiritûs ſui.* *Eccl. 38. v. 24.*

Tempore autem Confeſſionis Paſchalis quantùm fieri poteſt, alium Sacerdotem, dummodò ſit approbatus pro confeſſionibus Parochianorum ſuorum, invitent, contingit enim,

quòd cum periculo Sacrilegij, conſcientiarum ſuarum latebras, proprio Parocho minùs aperiunt, confidentiùs autem ijs, quibus ſuus author ignoratur, turpitudines humanæ revelantur. Si unus ex Parochis, alterius opus habuerit adjutorio, in Confeſſionibus audiendis, aut verbo DEI prædicando, fraternè ſe invicem, citra tamen injuriam propriæ Parochiæ, in piis ejuſmodi occaſionibus adjuvent, ſicq; ſobriè ac devotè tales ſolennitates celebrent. Proceſſus à Nobis, vel Officialibus, Decaniſq; Noſtris, cum ſit adinſtar canalium, quibus tota Diœceſis, ſalutaribus monitis irrigatur, Parochi ſine ulla mora, ad vicinam Eccleſiam transmittant, non per ſeniculos pedeſtres, ſed per Scholares in equo, quô adfieri poteſt, adnotatâ horâ, quâ ad quem pervenerunt, & quâ ſunt expediti; illos tamen etiamſi impreſſi fuerint, deſcribant in libro ad hoc ſpecialiter deſtinato, & in Viſitatione exhibendo, curentq; illorum contenta benè intelligere, & quæ Ordinantur, Populo publicare.

CAPUT

De pluralitate Beneficiorum.

CUm cætera vitia ãnorũ ferie ordinariè cessãt, sola avaritia juvenescit, quæ ut eradicetur, plurimũ illam abhorrent Sacri Canones, ac singulis singula Beneficia cõferẽda esse declarãt, vigore dispositionis Conc: Trid: Sess: 7. cap: 4. & 5. *Quicunq; plura curata aut aliàs incõpatibilia Beneficia Ecclesiastica sive per viam unionis ad vitã seu Commendæ perpetuæ aut alio quocũq; nomine & titulo cõtra formã Sacrorũ Canonũ & præsertim Constitutionis INNOCENTII III quæ incipit. De multa recipere ac simul retinere præsũpserit, Beneficijs ipsis juxta ipsius Constitutionis dispositionem ipso Iure etiam præsentis Canonis rigore privatus existat.* Quàpropter Authoritate moderni Congressûs, omnes pluralitatem Beneficiorum possidentes seriò monemus, quatenùs nulliter hactenùs possessa Beneficia intra spatium Sex mensium dimittant, nisi ipsis legitimæ dispensationes à S. Sede Apostolica obtentæ suffragentur, quas Nobis vigore Concilii Tridentini intra hocce spatium Sex Mensium sinè aliqua adcitatione præsen-

Cõc. Trid. Sess. 7. c. 4. & Sess. 22. c. eodem de Refor.

tare tenebuntur. Abuſus enim hic in Diœceſi invaluit, ut procurantes diſpenſationes per ſubreptionem vel obreptionem, Executores earundem extra Diœceſim ſibi impetrent, ne fallacia ipſorum deprehendatur præcavemus.

CAPVT XXV.

De Vicarijs & eorum proviſionibus, Altariſtis ac alijs Beneficiatis.

QUemadmodùm Vicarij ad Eccleſias Parochiales proviſi, in partem ſollicitudinis & curæ Parochialis ſunt vocati & deſtinati, ita eoſdem non tantùm in Altaris Miniſterio deſervire, verùm etiam munus & onus Parochiale ſibi concreditum fideliter ac diligenter ſupportare fas eſt. Qui ut intuitu laborum & onerum Vicarialium competentem & congruam habeant portionem, & prout Altari inſerviunt, de eodem vivant, decernimus, ut quoties proviſiones ad Vicariatus inſcribi contigerit, ad inſcribendas eaſdē Parochi Perſonaliter ad Acta Curiæ Noſtræ ſi-

ve

ve Officij Consistorialis compareant. Salarium verò Florenorum Centum Viginti Polonicorum absq; ulla obligatione, præter Missam Conventualem, unà cum accidentibus solitis, & Mensâ quotidianâ assignent. Qui Vicarij provisi quatenùs post assecutionem Sacri Presbytetatûs Ordinis, ad locum Provisionis se transferant intra Mensem, ibidemq; munus suum exerceant, non verò per Parochias & Aulas aliasq; Diœceses sine literis dimissorialibus, cum scandalo Christi Fidelium, & opprobrio Statûs Sacerdotalis divagentur, neq; ab eodẽq; Vicariatu sine scitu Provisorum suorũ sese absẽtent, seriò inhibemus. Iidem Reverendi Vicarij tàm provisi, quàm manuales, præcludendo viam litibus, quatenus cum Admodùm Reverendis Parochis conventiones privatas respectu aliarum concernentiarum suarum ineant, easdemq; in scripturam redigant, ut in casu recursûs exindè summariè Judicium informetur ac litim dirimat. Insuper statuimus, ut Reverendi Vicarij tàm manuales, quàm provisi, postquàm se servitio alicujus Ecclesiæ obstrinxerint,

xerint, ab eadem se alienare non audeant, solummodò expletîs adminimùm Annîs Tribûs, nisi fortè alia legitima ratio Officio Nostro remonstrata fuerit, & de speciali consensu Nostro sive Officij Nostri, avisatoq; propriô Parochô ante trimestre, Ecclesiam illam non deserant seriò præcipimus & mandamus Authoritate Synodi præsentis. Sin verò secùs fecerint, citentur ad instantiam Instigatoris edictali ad fores Ecclesiæ Parochialis (quàm Vicarius deseruit) affigenda cum præfixione termini, in quo redire tenebitur ad Ecclesiam desertam, vel coram Officiali in eodem termino allegare Causam legitimam, cur Ecclesiam Parochialem deseruerint, alioquin ipsô factô sint suspensi ab exercitio susceptorum Ordinum, & per Ecclesias Decanatûs in munus Vicariatûs obibat, vel si opus fuerit etiam per totam Diœcesim *iuxta formam Statuti Provincialis.* Si autem suspensi Missas celebrare præsumpserint, Canonum rigori & gravioribus pœnis sciant se eô ipsô subjacere, incarcerari atq; ad Beneficia Ecclesiastica inhabiles fieri,

Const. Provin: lib. 4. fol. 149.

fieri; alijsq; pænis juxta præscripta & statuta Provincialia desuper edita puniendi venient.

Sæpè contingit, quod Parochi Vicariorum locò, Regulares ad administranda SACRAMENTA sine licentia Nostra conducunt. Nos vetera statuta reassumentes, nè inposterùm Religiosi sine speciali Consensu Nostro per Parochos obtinendo, & in scriptis exhibendo ad obeunda munia Plebanorum sese ingerant, inhibemus. Quicunq; verò Parochus huic Synodali Ordinationi contravenire præsumpserit, sciat pœnas Arbitrarias in se esse extendendas, Regulares verò ultra pœnam excommunicationis, quam ipsô factô Sacramentum Matrimonii ac extremæ Unctionis administrando incurrunt, *iuxta obloquentiam iuris communis puniantur.*

Clem. Relig. de privil: c quod DEI timorem de Stat. Mon. Cōst. Provin: lib. 5. de Reg pag 361.

Subveniendo quoq; animabus Christi fidelium demortuorum, ne suis debitis frustrentur Suffragiis, præcipimus & seriò inhibemus Reverendis Altaristis, ne Beneficia simplicia plura, utpote, Altaria, Præbendas, Mansionarias possideant, ita ut Obligationibus satisfacere neque-

ant, ſed proporcionatè non inonerando conſcientias ſuas, paucioribus ſint contenti, dummodò ſufficientem vitæ ſuæ habeant proviſionem. Iidem Reverendi Altariſtæ ad Eccleſias in quibus Beneficia ſimplicia poſſident perſonaliter reſideant, nec ſe ſine ſcitu & licentia Præpoſitorũ aut Parochorũ abſentẽt, aliàs in defectu reſidẽtiæ Perſonalis, eadẽ reſignẽt Loci Præpoſitis, tàm Altariſtæ quã Vicarii in licitis & honeſtis obediãt, eoſdemq́, uti Superiores debito honore & amore proſequãtur, demandamus. Cum verò paſſim practicatur, quòd nõnulli Præpoſiti Eccleſiarũ Parochialium, & quod magis aggravat, dignitate Cathedrali fulgentes, merô Appetitu ducti, non contenti prælaturis ac præbendis ſuis, Beneficiiſq; curatis, ſufficientem habentes proventum, cum diminutione cultûs Divini, & diſpendio conſcientiæ ſuæ ſimplicia Beneficia, utpote: Altaria, Eccleſias Hoſpitales occupãt, & poſſidẽt, in quibus diſtĩcti Beneficiati cõgruâ ſuſtẽtatione frui poſſint, quatenus eadẽ in ſpatio ſex mẽſiũ reſignent, & dimittãt, ſub pœnis arbitrariis demandamus, aliàs elapſô prædictô

dictô spatiô, eadem Authoritate præsentis Synodi pro vacantibus declaramus, facultatemq; præsentandi distinctos presbyteros legitimis patronis & Collatoribus damus & concedimus, in defectu verò præsentationum, Nos de iisdem Authoritate Ordinaria provisuros Iure devolutivo declaramus, quod & Officio Nostro specialiter per Synodum præsentem præcomittimus.

Insuper suprascripti Altaristæ, Promotores Confraternitatum, Mansionarii, ne pro suo libitu tam diebus Festis, quàm feriatis, sed secundùm dispositionem Loci Præpositi pro Majori commoditate populi Missæ Sacrificia celebrent, Missas ex fundationibus in eadem Ecclesia, ac Altari per Fũdatores destinatas & nõ alibi absolvant, in Ecclesia superpelliceati incedant, Ceremoniis Ecclesiasticis diligenter assistant, in confessionibus excipiendis Parochos adiuvent. Erectiones suorum Altarium ac Beneficiorum quorumvis ad Loci Præpositũ seu Parochum comportent, ut in seorsivum librum inscribantur, & in Archivo Ecclesiæ conserventur, cùm multo-

ties contingit per incuriam & negligentiam Beneficiatorum multas deperire Erectiones, providendo igitur indemnitati Iurium præmissa Authoritate Synodi ordinamus.

CAPUT XXVI.

De Institutionibus & edictis ante easdem, examineq; subeundo.

CUm de Institutionibus Cleri ad Beneficia tam curata, quàm simplicia materiam aggredimur, hoc in puncto nihil novi instituere intendimus, Constitutiones tamen Provinciales in præmissis ad ungvem observari volumus, & siquidē plerumq; ob non præmissa edicta publica ante Institutiones controversiæ respectu Juris Patronatûs, præsertī inter Laicos ac præjudicia generantur, statuimus, ut ante ejusmodi Institutiones, edicta publica præmittantur, valvisq; Ecclesiarū affigantur, ac ex Ambona in loco loci publicentur, & si possibilitas fuerit, parti interessanti

ressanti, copiatim intimentur. Neverò minus gnaris doctrinæ Sacræ, ac ineptis ad promovendam curam Animarum, facilis ad Beneficia curata accessus pateat, ordinamus, ut quisq; præsentatus ad Parochialē Ecclesiā, sive de eadē providendus, *primariò*: Examen corā Examinatoribus Synodalib' subeat, ac prævio testimonio Professionē Fidei Romano-Catholicæ absolvat. Cōformādo quoq; Nos dispositioni Sac: Conc: Trid: decernimus, ut omnes personæ Ecclesiasticæ: tàm Sæculares quàm Regulares non prius ad Beneficia tàm Curata quàm simplicia instituantur, nisi priùs juramentum super obedientia & reverentia Nobis, & Successoribus Nostris Episcopis; & Nostro Officio præstanda, tum quoq; super non aliendis Bonis Beneficij, quinimò alienatis pro posse recuperandis, ac quod in assecutione ejusdem nulla fraus, dolus, Simoniaca labes, aut alia iniqua intercesserit pactio præstiterint.

Cōc. Trid. Sess. 23. c. 12. de Reform:

Quoniam verò nonnulli Parochi, Altaristæ, alijq; Beneficiati, post assecutam Institutionem & Introductionem ad sua Beneficia, eadem deso-

desolantur, Inventarium receptum passim non relinquunt, res Ecclesiæ, ac œconomicas dispergunt, summumq; detrimentum, & deteriorationem Beneficiorum efficiunt, proinde subveniendo indemnitati Statûs quàm optimi eorundem decernimus, ut circa introductiones Admodùm Reverendi Decani, sive viciniores Parochi aut Beneficiati introducentes, Statum Ecclesiæ supellectilisq; tàm Ecclesiasticæ, quàm Plebanalis Inventarij, ac agrorum circumscriptionem & revisionem in præsentia OEconomorum seu Victricorum Ecclesiæ expediant, unumq; exemplar, circa Acta Decanalia relinquant, alterum verò Admodùm Reverendus Introductus Beneficiatus ad Officium Nostrum remittat, Actisq; Consistorij ingrossari procuret, ad quem effectum in instrumentis Institutionum ejusmodi, clausulam conscribendi Inventarij apponi volumus.



CAPUT

CAPUT XXVII.

De Resignationibus, Præsentationibus & Symonia.

Licet quidem omnem Actum publicum legitimant solennitates, quoniam tamen in varijs occurrentijs abusus irrepsit, quòd Resignationes Beneficiorum sine licentia & consensu Nostro clandestinè & privatè recipiantur, quod etiam Notarij Publici facere præsumunt, non sine aliqua suspitionis nota, & plerumq; inter partes dissensiones causant. Quô in puncto Resolutorium Juris apponimus: *Publicatio Resignationis seu permutationis, sive facta fuerit in manibus Ordinarij, sive Indatarij, Romana debet fieri in Cathedrali & affigi in Portis Ecclesiæ ipsius Beneficij, & legi Bulla Resignationis Die Dominico vel Festo sub tempus Missæ Majoris, ac Notarius debet de ijs facere fidem per Instrumentum. Si Beneficium est Rurale, & ob Bellum vel pestem adiri non possit Cathedralis, publicatio fiet in proximiori Parochiali. Resignationes autem à nemine admittantur, nisi*

Greg: XIII in Bull. 5. N. 87. Gonz: super 3. Can. vel. Gloss. 9 Pac. Ior lib. 10 tit. 35. N. 8 p. 92. fol. 149 242.

prævio

prævió Juramentó in forma Juris præstandô, nec eadem fient sine consensu Nostro, sive Officij sub nullitate Actûs præcipimus. Et cum soleant multi suô vitiô Ecclesias, Domosq; ad Ecclesiam pertinentes desolatas resignare, non priùs suscipiantur Resignationes, nisi fortè Decani Foranei Templi Ædificia, & Domûs Plebanalis sarta tecta reliquisse, Nos Officiumq; Nostrum informaverint, aliàs fructus Resignantem concernentes sequestrentur, & pro reparatione Ædificiorum convertantur. Occurrente vacatione post cessum vel decessum alicujus Beneficij, Collatores intra legitima tempora sibi de Jure indulta, Personas habiles & idoneas ad instituendum præsentent, nam si aliàs elapsô temporis spatiô non præsentaverint (cùm & Sacri Canones ultrà Semestre Beneficia vacantia commendare vetant) vigore Juris devolutivi, Authoritate Ordinaria de illis providebimus, videlicet Spirituales intra Sex, Sæculares intra Quatuor Menses. Nullus verò vitâ alterius stante præsentationem, seu Nominationẽ cujuslibet Beneficij vacaturi impetrare,

procu-

procurare audeat & præſumat idq; ſub pœnis in Jure expreſſis ſub nullitate ſcilicet illud asſequendi, obtinendi, & retinendi.

Grande nefas morteq; piandum deteſtabile Simoniacum vitium, prout in Authore *Simone Mago* fuit, Sacrilegio & Crimini læſæ Majeſtatis æquivalens, tàm Jure Divino quàm humano damnatum, quod cùm maximè circa aſſecutionem Beneficiorum in cupiditate, quæ Spiritualia temporalibus æquiparari judicant, in quibus nulla datur proportio reviviſcit, dũ ſæpè contingit eodem ſic Collatores Sæculares contaminari ut ſalutis animarum ſuarum immemores contingente vacatione Beneficij in Collatione ſua exiſtentis quærant Clericos præfati *Simonis* Succeſſores, ac tandem inventos acceptâ ab illis ſummâ pecuniariâ, vel pactô de illa in poſterum perſolvenda conſtitutô, vel etiam cautione promiſſioneq; ſuper non repetendis aut remittendis ſibi Decimis, Cenſibus, libera propinatione, nonnulliſq; Proventibus Eccleſiam cõcernentibus condonandis, ſub his & alijs ſimilibus damnatis contractibus eos

Act. 8. Can. audivimus Cap. ſi quis datur 1 93.

obtrudere ac præsentare Officio non verentur. Ne igitur hoc execrabile mercationis genus in pravum usum transeat inhærendo dispositioni Sacrorum Canonum de labe Simoniaca præsentis Synodi vigore decernimus, quod Collator sivè ille Clericus, sive Sæcularis sit, hâc pactione, vel illicitâ conventione peractâ, aliquẽ præsentans ac de præmissis graviter infamatus, justisq; probationibus & testimonijs convictus eô ipsô pro illa vice Jus præsentandi amittat, & pro tunc vacans Beneficium ad quem pertinet de Jure institutio conferatur. Præsentatus verò talitèr, non solum præsentatione cadat, verùm & jam ad alia quævis Beneficia obtinenda ipsô factô reddatur inhabilis.

Pro majori verò hujus delicti abolitione in animos fidelium inducenda, pœnas per Constitutionem Pauli II quæ incipit: Cum detestabile & per Constitutionem Pii IV de Confidentijs *Annô* 1564. *XVI Kalendas Novembris* promulgatam, & aliam Pii V. contra Simoniacos latam, omnes hâc labe contaminatos succubituros declaramus.

CAPUT

CAPVT XXVIII.

De Ecclesijs desolatis illarumq́ restauratione ac Provisione.

ABsit quidem Domos DEI speluncas nuncupari, cùm tamen multis in locis cum terrore animi hæc Sacra Templa nontantùm interno apparatu destituta reperiantur, verùm etiam in suo esse sine conservatione & debita reparatione semper in deteriùs prolabuntur, lapsumq; sui minantur, adeò ut cum metu & summo periculo in ijsdem SSmum conservari & Divina peragi eveniat. Quòcirca cum decet quamlibet hanc Civitatẽ Sanctam novam esse, & sicut Sponsam ornatam, Majestas Divina ardentibûs votîs exorãda, ut favorem S. SPIRITUS in Cordibus Patronorum & Parochiariorum ejusmodi Ecclesiarum superveniente suâ gratiâ infundat, quatenus majorum suorum exemplô, quod horum pietas ad Cultum Divinum & salutis humanæ ministerium, & ad Animarum Suffragium instituit, illi per Incuriam Suam in abominationem desolationis converti non permittant,

atq; has desertas Domos DEI, Domos Orationum formidantes justissimam DEI indignationem cadere non sinant, quod in viciniori-bus Ecclesijs Verbi DEI Prædicatores in suis Concionibus seriò illis ad memoriam revocare non omittant. Interim autem ne Parochiani Ecclesiarum sic desolatarum sine ullo maneant Pastore, debitisq; frustrentur obsequijs, insistendo præscripto S. Conc: Trid: & Constitutionum Provincialium easdem Ecclesias alijs Parochialibus vicinioribus incorporandas & inviscerandas constituimus, hujusmodi incorporationem & unionem vocatis, qui de Jure veniunt vocandi coram Nobis vel Officio Nostro speciali ad id facultate deleganda fieri volumus. Simile & de Ecclesijs ab Hæreticis profanatis, juxta obloquentiam Synodi Provincialis *Wężykovianæ* observandum censemus. Prætensas tamen Incorporationes Ecclesiarum Parochialium sicut vetuit S. Conc: Trid: & Synodus Provincialis *Lubieniana* Regularibus faciendas, vetitum observandum Synodalitèr declaramus. Cæmeteria in quibus Corpora Fidelium

Cōc. Trid. Sess. 21. C. 5. de Reform. Synod. Provinc. Wężykoviana 1634.

Cōst. Prov. Cap. 3. de Eccl. profanatis.

Synod. Provinc. Lubieniana 1643.

delium & piorum Reliquiæ quiescunt, conveniens & justum est quatenus sepimentis ligneis vel muro circumdentur & claudantur, ne facilis animalibus ad id pateat ingressus. Quare hortamur RR. Parochos, ut omnem curã & solicitudinem circa extructionem & reparationem Cæmeteriorum adhibere studeant, vel pro loci consvetudine Parochianis cõmendent.

CAPUT XXIX.

De rebus Ecclesiæ non alienandis, quinimò augendis.

JUxta Summorum Pontificum jam pridem SS. Canones & Conciliorum Decreta saluberrimè sanxerunt & respectivè prohibuerunt, ne quid de rebus Ecclesiæ decedat, multoq; minùs ipsimet Beneficiati eas sibi usurpare vel alienare valeant, cum sint illorum tantùm Administratores non Domini. Igitur insistentes dispositioni Juris Ecclesiastici præsente annuente Synodo ad Inventarij auctionem omnes Curatos & Beneficiatos obligatos esse volumus, prout

Cõst. Prov. lib. 3. de rebus Eccl: non alienãdis.

prout Capite de Testamentis præmissum est, nec priùs approbationem Testamentorum Executores obtinebunt, nisi demonstrata auctione Inventarij Plebanalis. Si verò intestatus decesserit Officium Nostrum auctionem assignabit. Statuimus etiam ut Decani per singulos Annos eadem Inventaria tàm Ecclesiæ, quàm Plebanatûs revideant, & verificent, prout supra sibi jam habent injunctum, ut appereat, si per Incuriam & negligentiam Ministrorum Ecclesiæ vel ipsorum Beneficiatorum aliqua deteriorata vel distracta, vel eorum cura, vel diligentia sunt acquisita. Et si quos eadem Inventaria dilapidare animadverterint Nobis vel Officio Nostro deferant, ut deputetur sequestrator, qui ex fructibus Ecclesiæ procurabit resarcire alienata, quousq; juxta Inventarium omnia non fuerint in integro, post decessum verò alicujus Parochi ex Anno gratiæ Defunctum concernente seu de rebus derelictis. Insuper monemus omnes ut sint memores Juramenti circa Institutionem præstiti, avulsa per Prædecessores suos recuperent, & vindicent ac ipsimet

alie-

alienare caveant. Quòcirca prohibemus, ne quicunq; Beneficiati quidquam in Bonis suarum Ecclesiarum Beneficiorũq; immobilibus & mobilibus pretiosis donare, vẽdere, promittere, infeudare, obligare, hypothecare, seu aliô quôvis modô alienare præsumant, nisi ex gravissimis justissimisq; Causis, & aliàs in Causis à Jure præscriptis, adhibitaq; debita solennitate, idq, cum scitu Nostro vel Officialis Nostri Generalis, alioquin ejusmodi alienationes, donationes nullæ sint, & irritæ alienantesq; privationis & excommunicationis Sententiam eô ipsô se noverint incursuros, & ab ea non aliàs nisi alienatîs priùs ad Jus & proprietatẽ Ecclesiarũ restitutîs, absolvẽdos.

CAPUT XXX.
De Arendis seu locato & Conducto.

SIquidem locationes & Conductiones Bonorum Ecclesiasticorum sunt species alienationis, diminutionemq; & extinctionem directi Domini post se trahunt, ac propterea quàm sint damnosæ & perniciosæ con-

tinuâ edocti experientiâ, sancimus ut omnes Beneficiati Diœcesis Nostræ nec-non Moniales cujuscũq; Ordinis Jurisdictioni Nostræ subjectæ, in locandis Bonis Ecclesiarum Beneficiorum & Monasteriorum suorum quàm cautissimi sint, eaq; viris probis, ac duntaxat Catholicis, qui ea meliorare, non quod sæpè contingit desolare valeant, & quidem non ultra triennium, idq; ex Causa coram Nobis ipsis exponenda, cognoscẽda & approbanda, licentiâq; à Nobis in scriptis obtentâ. Cautionesq; & responsiones quoq, super locationibus & Arendis præcustodiantur in Judicio competenti.

Locationes autem omnes, quæ anticipatîs solutionibûs in præjudicium Successorum fiunt, tanquam damnosas nullius valoris momentiq; esse volumus, & ne in posterùm quâcunq; de Causa fiant Decretis Sacri Concilij Tridentini innixi prohibemus, nevè fundos Ecclesiasticos aut Decimas quisquam in perpetuum locare, aut in Censum annuatìm solvendum sine Interventu Nostro commutare audeat præcipimus sub nullitate Actûs.

Cõc. Trid. Sess. 25. de Refor. c. 11

CAPUT

De Decimis Missalibus & Censibus.

DEcimas DEO esse à principio mundi in Primitias consecratas & dicatas Christiana docet veritas, nihilq; aliud esse quàm Recognitiones supremi erga DEUM Dominii, quod cum Catholica Fide ubi Poloniæ Principes didicerunt omnibus se Decimis, quas illi Nobilitas & Plebs per totum Regnum pendebant, se abdicârunt, easq; DEO in Possessionem veræ Fidei & Recognitionem Divinæ Bonitatis pro obsequio obtulerunt. Unde & & nemo sit, qui in Diœcesi Nostra ignoret Decimas esse Juris Divini, à qua nemo dispensari potest sive ea fuerit in usu, vel non, cùm sit actus Recognitionis Dominij & Beneficij supremi, in tantum ut ingratus in DEUM sit imò & rebellis in Ejus Majestatem, qui Decimam justam ex eo quod DEUS ipsi dedit dare DEO recusat, & verendum venit ne ab ingratis sua Beneficia tollat DEUS, & pro fertilitate terræ, sterilitatibûs alijsq; calamitatib⁹ puniat. Unde non præscribendo in præmissis

Cõc. Trid. Sess. 22. de Reform. c. 11.

novas leges, solummodò reassumendo Constitutiones Provinciales Synodales. Exhortamur omnes Dominos tàm Spirituales, quàm Saeculares Dioecesis Nostrae, ut Decimam ex praediis & agris suis Ecclesijs Parochialibus fidelitèr extradant & exsolvant, si DEI benedictionem tàm in suas Personas, quàm & in posteritatem suam optant & volunt recognoscere. Nàm DEUS qui dedit benignè, justè auferre potest. Compositiones justas & sine injuria Ecclesiarum sive in pecunia, sive in Sexagenis, sive partim in grano, partim in pecunia per Antecessores Nostros vel Officium Nostrum cum omnibus Solennitatibus ad mentem Bullae URBANI VIII approbatas manutenemus, factas verò non servatis Solennitatibus praescriptîs omninò reprobamus, nec ulla consvetudo vel praescriptio suffragari in his minimè cuiquàm potest, declaramus Authoritate praesentis Synodi.

De Decimis ex antiquis fol. 185. usq. ad fol. 194.

Bulla Urbani VIII.

Multae etiam oriuntur cum maxima Ecclesiarum & Parochorum injuria circa extradenda Missalia difficultates, dùm multi Domini

tàm

tàm Sæculares, quàm Spirituales Cmethones in Villis suis abrogant & tollunt, Ipsi verò eosdem agros colunt, prædijs antiquis incorporant, & cum Divina benedictione fruges ex his agris colligunt, Missalia verò denegant, ideò quisquis colit tales Cmethonales agros, Missalia etiam Ecclesiæ Parochiali extradere sine ulla difficultate tenetur adinvenimus.

Statut. Reg H. v. Dec.

Inveniuntur etiam novæ erectæ Coloniæ & proh dolor! Diffidentibus locatæ ex quibus nulla Decima, nec Missalia solvuntur, tales Villas subjacere Bullæ Leonis X. censemus. In Ducatu Masoviæ etiam Privilegium Ducis Vladislai de Decimis observandum esse volumus. Easdem verò Colonias, eidem Ecclesiæ intra cujus Parochiam sunt excultæ, vel viciniori Ecclesiæ applicabuntur, Manifestum quoq; animadvertimus Ecclesiarum præjudicium quod in Confinibus Diœcesis Nostræ plurima existant Prædia, tàm sub Dominio, Hæreditate & possessioneCatholicorũ, tùm & Diffidentium, quæ licetsi arantur & conseminantur, & usus fructûs ex ijsdem colligitur, nihil

Bulla Leonis X. de N valib9 155.

 quid-

quidquam tamen in Recognitionem Ecclesiæ Parochialis ejusq; legitimis Rectoribus & Parochis decimatur, prout vigore Juris communis decimare tenentur. Obligamus itaq; RR. Parochos ad quos jure Parochiæ spectant, quatenus sint memores Juramenti præstiti de alienatis recuperandis, Hæredes & Possessores Bonorum respectu prætensorum avisent, in casu verò non facilis satisfactionis etiam ubi de Jure venerit per Processum vindicent. Tùm quoq; in nonnullis Parochijs abusus irrepsit, quod iniqui Mercenarij prædicautij mittentes falcem in alienam messem, Missalia ex agris Colonorum nullo Jure sibi usurpant, & percipiunt, quæ solummodò legitimo Parocho debentur. Obsecramus similiter RR. Parochos, quatenus Hæredes & Possessores Bonorum ad tollendam ejusmodi corruptelam legis, & ut quæ DEI sunt, reddantur DEO, ejusq; legitimis Ministris, avisent, ut in justis petitis justitia administretur, in defectu verò administrationis ejusdem, in his liquidis Juribus etiam cum ijsdē in foro competenti jure agant, Synodaliter conclu-

conclusimus. Compositiones verò quasvis cū Dissidentibus intuitu Jurium Stolæ ab antiquo initas, nunc verò proh dolor! accrescente Copiâ Dissidentium respectivè ad primam illorū implantationem manifestè præjudiciosas, & enormitèr injuriosas Authoritate, præsentis Synodi cassamus, annulamus & annihilamus, & ab ijsdem Dissidentibus Jura Stolæ usitatâ praxi, & juxta Ordinationem Processûs & Synodi præsentis, uti à Romano-Catholicis Parochianis pro qualitate Statûs Personarum sine tamen depactatione percipi debere declaramus.

Et licet supra innuimus de Inventarijs Ecclesiæ Capite de Institutionibus propter majorem tamen elucidationem sequētia apponimus, & inhærendo Constitutioni *fel. record.* Sixti V. Papæ, præcipimus omnibus Curatis cæterisq; quibusvis Beneficiatis, ac quorumvis locorum piorum Administratoribus, ut Inventariū omnium Bonorum Mobilium & Immobilium, Subditorum & eorum obligationum, pecudum Domûs Plebanalis & subditorum, Casarum & Domorum, hortorum & agrorum, censuum quoq;

reempti-

reemptionalium cum indicatione temporis quo constituti fuerunt, cum expressione Nominis & Cognominis constituentium & recipientium, Castri quoq; & Actorum coram quibus recogniti sunt, quotæ? quæ? qualis provenit? cæterorumq; redituum & obventionum Jurium & Jurisdictionum, Privilegiorum & Scripturarum accuratè conficiant, illudq; manu suâ propriâ subscriptum unô exemplari sibi reservatô, alterum ad Archivum Episcopale transmittant, tertium deindè apud Decanum Foraneum reponant, quotannis circa Visitationē aut Institutionem Successoris præsentandum. In eodem Inventario connotari mandamus, legata pia cum suis oneribus, res malè alienatas seu usurpatas, ac deniq; furtô sublatas, tùm deniq; Erectiones, donationes Instrumenta, ac documenta quævis suis Ecclesijs servientia, etiam Jurispatronatus, in quorum fine ponatur clausula, quòd ex ejusmodi Inventario, nullū Ecclesiæ præjudicium generari debeat, si fortè postea alia Bona comperta fuerint quæ quomodocunq; ad Ecclesias spectare & pertinere dignoscerentur.

Accu-

Accuratam pariter circa locationem & investituram Censuum observationem adhiberi præcipimus, ut scilicet præter Nostram licentiam priùs legitimè constet tàm de valore fundi super quo Census imponitur, quàm de eo quod ejusmodi Censui se obstringens, habeat verum Fundi Dominium ab omni hypotheca & fidei commisso liberum, quodq; sit solvẽdo idoneus nec ære alieno gravatus. Eosdẽ Contractus locati & conducti necnon locationes Censuum cum Consangvineis Parochorum & Beneficiatorum fieri ullâ ratione sub pœnis gravissimis inhibemus.

Constitutionemq; quoq; Pii V. Papæ sufficienter de Censibus perpetuis dispositam reassumendam esse volumus & mandamus. Ne quisquam Beneficiatus Summas Capitales sine Consensu Nostro vel Officij Nostri in scripto obtinendo levare, & pro libitu suo disponere præsumat, sub pœnis contra alienatores Bonorum Ecclesiasticorum sancitis.

Ad extremum quod quoq; Regulares ex Bonis suis ad solutionem, seu extraditionem Decima-

cimarum Parochis alijsq; Beneficiatis tenentur, ita sicut Laici easdem solvebant, priusquàm Bona in Regularium proprietatem sunt translata, eosdem Breve INNOCENTII X. obligatos declaravit.

Breve Innocentij X. 1646.

CAPVT XXXII.

De Oratorijs Privatis.

LIcet quidem Oratoria ab orando suam sumpserint denominationem; cæterùm tamen per abusum non modicum fit exinde Parochialibus Ecclesijs præjudicium, ac passim Contraventio SS. Canonum committitur, dum Missæ etiam in Solennibus Festis Primæ Classis in ijsdem Oratorijs ac privatis hypocaustis celebrari consveverunt. Quòcirca tàm enormiter in Sac: Canones delinquentibus præpeditionem imponere, scandalisq; obviare intendentes, Decreta S. Concilij Trid. observare cupientes, omnes Sacerdotes tàm Sæculares, quàm Regulares in Domino hortamur, ne in privatis quarumvis Personarum etiam in dignitate

Sess. 22 de observandis in Sacrificio Missæ.

tate constitutarum ædibus in Altari Portatili sive in Capellis aut Oratorijs absq; Indulto vel S. Nunciaturæ, vel Nostro, vigore gratiarum Nobis concessarum celebrare audeant, prout jam supra vetitum est sub pæna suspensionis ac alijs arbitrarijs Authoritate præsentis Synodi inhibemus. Præcipimus præterea tàm Sæcularibus, quàm Regularibus Presbyteris ne deinceps etiam prætextu Privilegiorum & Missionum ejusmodi celebrationi Missarum in Oratorijs & Residentijs se immisceant, nisi priùs facultates sibi concessas in Originalibus Nobis recognoscẽdas produxerint. Præcavemus quoq; ne Presbyteri tàm Sæculares, quàm Regulares Diebus Festis Solennioribus videlicet Domini Nostri JESU CHRISTI atq; B.M.V. tum SS. Apostolorum ac alijs Festis, quæ Primæ Classis annotantur in privatis hujusmodi Oratorijs Missas celebrare præsumant, unde inspiciendus est tenor & obloquentia Literarum Apostolicarum, & utrum sint per Loci Ordinarium aut Officium admissæ, non plures verò, quàm una Missa de Die in ijsdem Oratorijs horâ consvetâ

non poſt meridiem abſolvatur, idq; ſolummodò pro certis Perſonis deſignatis abſq; præjudicio Eccleſiæ Parochialis.

Capellani in Aulis Magnatum cæteriſq; locis nullatenus ſe in munia Parochialia ſine conſenſu Parochi ingerant. Se exemplares & morigeros exhibeant, à luſibus chartarum, alearum, compotationibus & comeſſationibus abſtineant, poſt Cænas tempeſtivè ſe ad quietē recipiant, cunctis verò verbô & opere præluceant, ſub obteſtatione Divini Judicij præcipimus, Superioreſq; Religionum, quatenus ejuſmodi è ſua Religione Capellanos ad faciendas Recollectiones Spirituales, ad clauſtra quotannis convocent, & aliàs ipſimet Capellani easdem Recollectiones non negligant volumus & vovemus. Siquidem verò ut ſupra dictum eſt per extructionem hujuſmodi Capellarum, Parochialibus Eccleſijs præjudicium & detrimentum generatur, Idcirco Conſtitutionem Synodi *Węzykovianæ* de novis Capellis abſq; licētia Ordinarij non extruēdis reaſſumimus, eādéq, exactiſſimè obſervandam Admodùm RR. Parochis præcipiendo committimus.

Conſt. Provinc. de Anno 1628.

CA-

De Oratione pro mortuis & Salutatione Angelica.

CUm ex Sacris Literis ac varijs tàm Urbis, quàm Orbis Ecclesiarum exemplis ipsâq; experientiâ vera habeamus testimonia, quod Sancta & salubris sit cogitatio pias pro Defunctis Orationes fundere, per quas & Nos DEO placemus, & in Casibus Nostris mente ad DEUM elevamur. Proinde inhærendo his motivis statuimus, ut omnes Christi fideles ex opere misericordiæ devotiones varias pro Animabus Defunctorum absolvant, easdem pijs Elèémosynis adjuvent, ut citiùs de pœnis Purgatorij liberari & ad æterna gaudia pervenire possint. Quoniam etiam salutare opus censemus panem & vinum super sepultura justi constituere, ideò obligamus Presbyteros Diœcesis Nostræ, quatenus Missæ Sacrificia quæ sub specie panis & vini figurantur pro Animabus suffragiô carentibus pro posse absolvi curent & studeant. Quia verò sufficientem notitiam accepimus quod multi in Die

Commemorationis Defunctorum Pauperibus in facie Ecclesiæ convivia cibos & potus distribuunt, per quod ebrietates aliiq; excessus & scandala Ecclesiæ committuntur, ideò quatenus Parochi similia convivia in quibus DEUS tàm frequentèr & gravitèr offenditur, dissvadeant & promissa præpediant doceantq; id multò gratiùs & Animabus Defunctorum utiliùs fore, si quæ in mensas & compotationes expendenda sunt, Hospitalibus Pauperum, vel aliis verè indigentibus distribuantur. Si verò eosdem abducere non potuerint saltim illis potus & cibos in Ecclesiis distribuendos impediant.

Laudabilis quoq; est Devotio Salutationem Angelicam recitare, quàpropter ut universi Christi fideles ad trinum pulsum cāpanæ videlicet de mane cum Aurora, ante meridiem & vespere Orationem consvetam *Angelus Domini* &c. cū Salutationibus Angelicis, tùm ad quemlibet sonum horologii eandem Salutationē Angelicam *Ave MARIA* &c. absolvant Devotioni commendamus.

Institutum Gregorii XIII.

CAPUT

De Confraternitatibus.

PIæ Confraternitates tàm in Sæcularium, quàm in Regularium Ecclesijs pijsq; locis non alio fine institutæ, nisi ut vota Fidelium in unione charitatis, sine qua omnia perperã agunt, fundata faciliùs à Domino suscipiantur. Hæc autem Confraternitatum Jurisdictioni Nostræ & Visitationi subjectarum charitas, & pietatis mutuæ exercitium ut quàm optimè ordinetur Authoritate præsenti Synodali eidem providere necessarium judicavimus. Mandamus igitur & sub pœna excommunicationis inhibemus, nè quarumcunq; Confraternitatum Præfecti, Seniores cæteriq; Officiales aliqua Officia & obligationes statuere præsumant, nisi prævià Nostrà sive Officij Nostri discussione cognitione & approbatione, quemadmodùm enim cum Nostro beneplacito instituuntur vel introducuntur,, ita etiam per Nos ordinari & Statutis obligari debent. Et cùm multa damna & præjudicia Congregationibus hujusmodi intervenire solent, ex minùs circum-

specta

ſpecta Officialium electione, prohibemus ſub nullitate electionis, nè in poſterum ſine præſentia Parochi loci vel Promotoris aut eorum quorum principaliter intereſt fiant. Qui quidem Parochus & Promotor præſidentes, tales Officiales erigi curabunt, qui exemplô ad pietatem aliaſq; virtutes cæteris præluceant. Ad Officia præſertim ſuperiora non eligantur egeſtate laborantes, nè loco ſubſidij detrimentum Confraternitas patiatur, & Fundatores pia intentione fruſtrentur. Item curabunt Confratres habere librum ſeu album Confratrum ſodalitatem ingredientium, item alium perceptorum & expenſorum proventuum, quos fideliter deſcribant. Seſſiones ſtatutis temporibus non negligent peragere, in quibus de Bono Confraternitatis conſervando & promovendo de Officijs ac eorum rationibus alijſq; negotijs eò pertinentibus tractabunt. Miſſas Votivas, Anniverſaria pro Fundatoribus vel pro Confratribus juxta Ordinationes antiquas ſuas abſolvere meminerint. Carbonam ſeu ſcrinium habeant, in quo proventus, oblationes &

alias

alias obventiones conſervabunt, cujus una clavis penes Præfectum, altera penes Theſaurarium erit, nè illud aperire uni ſine altero liceat. Calculationem de perceptis & expenſis congregatis Officialibus in præſentia Parochi vel Promotoris ſeu illorum quorum intereſt, quolibet Quartuali inſtituant. Inventarium totius ſupellectilis Jurium Privilegiorum fideliter conſcriptum, diligentèr ſub clauſura aſſervetur & ab hac clavis penes Parochum vel Promotorem, altera penes Seniorem Confraternitatis maneat. Quæ omnia ut exactè ſerventur ſub pœna privationis Officiorum, & inhabilitatis ad alia, ſeriò demandamus, ad inſpectionem verò & animadverſionem circa præmiſſa Parochos & Promotores, ſub Cõſciẽtia obligamus.

CAPUT XXXV.
De Confraternitatibus Mœchanicis.

NOn tantùm frigeſcentem in Contubernijs ſeu Confraternitatibus Artificum devotionem in majorem DEI gloriæ

augem

augem accendendo, verùm etiam pium ipsorum in Ecclesijs obsequium per Statutum Regni firmatum eosdem monendos esse censuimus, nè in Capellis sibi ad Divinum Cultum concessis, in arcis alijsq; thecis quidquam servent, quod ad Divinum usum non pertinet, ut quidem faciunt servando arma bombardas &c. aliaq; id genus, tùm vestes Sæculares cæterasq; res profanas & victualia, quorum conservatio tempore hostilitatis solummodò cōsideratis considerandis indulgetur. Alioquin Parochi Missas in talibus Capellis celebrare non sinant, & si Capellani Confraternitatum alijq; Sacerdotes in talibus Capellis ubi hæc asservari sciunt celebraverint, à celebratione Missarum sint ipsô factô suspensi, donec à Nobis ipsis absoluti fuerint. Claves, quibus Capellam claudunt, si quando Parochus aut alius Ecclesiæ Sacerdos Sacrosanctum Missæ Sacrificium celebrare vellet in Capella, tradere ad aperiendum sint obligati. Caveant præterea, nè quempiam ex Socijs suis ejusdem artis, vel ex alijs ad Societatem adscriptis avertant à benefici-

nefaciendo Ecclesiæ Parochiali, inducentes & suggerentes ut potiùs pro Capellæ usibus donet legetve. Alioquin ex hujusmodi fraude & dolo Parocho adinteresse tenebuntur, & citati coram Officio Spirituali sint responsuri & Judicatum pati sub censuris compellantur. Sub eodem rigore Contubernia seu Confraternitates Artificum ad reparationem sertorum tectorum super Capellis suis Ecclesijs Parochialis admuratis & contiguis juxta extensionem earundem impensis ex cista Contubernali providendam & ad procurandum internum suæ Capellæ decorem congruum obligatos esse Authoritate Synodi præsentis resolvimus. Confratres verò Hæreticos in hoc Regno Catholico solummodo toleratos Contubernales, ad cōmune obsequium in Ecclesijs more Catholicorum præstandum teneri decernimus. Si verò alicubi in Civitatibus & Oppidis ejusmodi Devotionis exercitium per injuriam temporum reperitur intermissum, quatenus adhibitis opportunis remedijs resuscitetur zelo Parochorum relinquimus & commendamus, & in casu con-

traventiæ & contumaciæ Nobis referant eosdẽ obligamus.

CAPVT XXXVI.
De Hoſpitalibus.

Cõc. Trid. Seſs. 23. c. 8. de Refor.

QUoniam juxta diſpoſitionem S. Conc: Trid. Hoſpitalia Pauperum, Senum, Infirmorum Noſtræ Viſitationi & inſpectioni immediatè ſunt ſubjecta, idcirco hortamur in Domino, Proviſores, Curatores & Adminiſtratores eorundem, quatenus Adminiſtratio Hoſpitalium ſit diligens, fidelis, & ab Anteceſſoribus Noſtris ordinata dent operam, ut ex pijs fundationibus ac elèèmoſynis neceſſitatibus, alimentis pauperum & egenorum ſubveniatur, quodſi fructus contra Hoſpitalium inſtitutiones perceperint, & ad uſus alios converterint, ad eorum reſtitutionem cenſuris Eccleſiaſticis compellantur. Adminiſtratio verò ſeu gubernatio Hoſpitalium & Xenodochiorum ultra triennium eidem Perſonæ non committatur. Quam Noſtram Conſtitutionem non

tan-

tantùm ad Xenodochia in Civitatibus, Oppidis, & Villis fundata & erecta, verum etiam ad Hospitale Pauperum & Senum Sacerdotum ad S. LAURENTIUM Posnan: antiquitùs fundatū extendimus. De cætero ordinamus, quatenus Provisores ad minimùm Annô quolibet calculū perceptorum & expensorum coram suis Præpositis & Magistratibus, aliàs coram suis Protectoribus præstent. Hìc autem in Civitate Posnaniensi inhærendo dispositioni Illustr: & Reverendissimi Prædecessoris Nostri corā uno ex Cathedralibus Posnan: Canonicis, & binis Deputatis à Magistratu calculationem expedire ijdem Provisores tenebuntur, Authoritate præsentis Synodi statuimus.

CAPUT XXXVII.
De Victricis seu OEconomis.

NIhil justiùs & æquanimiùs judicavimus, quàm ut Proventus Ecclesiarum per distinctos OEconomos percipiantur de ijsdemq; dicti Victrici rationem suæ vil-

licationis reddant. Quapropter præsenti Synodo decernimus, quatenus Victrici seu OEconomi Catholici ad Ecclesias Parochiales & Hospitales, ac Xenodochia supervenientes per Perillustres Visitatores constituti conserventur, & ubi non sunt constituantur, post fata eorum alij Catholici bene possessionati per Magistratus in Civitatibus, in Villis verò per Parochum & Seniores Villæ juratos eligantur, qui electi Provêtus Ecclesiarũ sive Xenodochiorum mulctas, pẽsiones à pulsu Campanarum recipiant, & in carbonã Ecclesiæ distinctis seraturis clausam, à qua unam clavim Loci Parochus, alteram OEconomi tenebunt, semelq; in Anno Dominica videlicet Primâ post Festum Circumcisionis Domini calculationem in præsentia Patroni Ecclesiæ vocati per Parochum, (si & inquantum voluerit) vel ejus delegati, Magistratûs & Parochi in Civitatibus, in Villis verò in præsentia Parochi & Juratorum Villæ præstent, super quo puncto Ordinationes Perillustrium Visitatorum approbamus.

Cõstit Pro vinc. lib. 3. Tit. de Ecclesijs.

CAPUT

De Immunitate Ecclesiastica.

DEcet Domum Domini Sanctitudo, dedecet ut cujus in pace factus est locus, ejus cultus sit cum debita veneratione pacificus. Ergo cum de pace Domus Domini loquimur, immunitatem Ecclesiasticam eamq; de Jure triplicem nempe localem Personalem & realem, quæ nihil aliud est quàm exemptio quo ad res, Bona, & Personas Ecclesiasticas ob oculos cuilibet ponimus. Et præcipuè illis qui laxìs habenìs effrenato & nefario ausu non tàm res repetere de Domo Domini, quàm Personas illuc confugientes eadẽ immunitate gaudentes extrahere conentur. Mater est Ecclesia, non Noverca, quemlibet recipit ad se confugientem, cuilibet ostium aperit, & quemlibet protegit, & cum ita præsentis Synodi Authoritate interdicimus omnibus & singulis ac sub pœna excommunicationis ipsô factô incurrenda, cujus absolutio Sedi Apostolicæ reservata inhibemus, quatenus tàm ex Ecclesijs quàm etiam ex locis Sacris seu Religiosis

Psal. 91. & 75. c. de cet. de Immun: m. 6.

Lancel. Lib. 2. n. 1.

Constitt. Greg. x: v. Paulus v.

giosis, seu videlicet: quod si quis ad Ecclesiam etiamsi interdictam vel destructam, vel non perfectè constructam, habentem tamen lapidem per Episcopum positum, vel ad Cæmeterium, vel ad Hospitale ab Episcopo fundatum, vel ad Atrium Ecclesiæ, vel ad fores aut januam Ecclesiæ, vel super tectum Ecclesiæ, vel ad Palatium Episcopi, vel demum ad Sacerdotem portantem SS. Eucharistiæ Sacramentum confugerit, exinde invitus extrahi & avelli non potest. Quia tamen sunt nonnulli qui non sunt de Ovili CHRISTI, vel cum sint malitiosè exeunt de illo, tales prout detestatur Ecclesia Mater, ita non vult habere suos, imò potiùs extradendos esse cupit, seu non gaudere immunitate & libertate Ecclesiastica per Summos Pontifices constituit, & quidem 1*mò* non gaudent immunitate Ecclesiastiaca Hæretici vel de Hæresi suspecti. Judoei qui post conversionem apostataverunt.

Pacell. l. c.

Joan. XXII, Con. I.

2*dò*. Publici Latrones viarumq; grassatores quod glossando Bulla BENEDICTI XIII. unicâ tantum grassationem in via publica aut vicinali admissam

Greg. XIV Const. 4 Bulla Benedicti XIII.

admissam sufficere ad hoc, ut quis publicus Latro & grassator dici valeat, dummodo tamen grassati mors aut membrorum mutilatio secuta fuerit declaravit.

3tiò. Depopulatores agrorum, homicidiaq; in Ecclesijs & Cæmeterijs perpetrantes.

4tò. Proditoriè aliquem occidentes, assasini, vel læsæ Majestatis in Personam Principis rei, hos omnes & singulos inhærendo dictis Constitutionibus Summorum Pontificum uti extradi jubemus, ita non gaudere dictæ Immunitatis Ecclesiasticæ Privilegijs, promulgamus, præmissa tamen diligenti investigatione per Nos sive Officium Nostrum facienda, insuper præallegata Bulla BENEDICTI XIII. in Appendice ad Romanum Concilium ab Ecclesiasticæ immunitatis beneficio excludit atq; repellit, & pro exclusis atq; repulsis haberi vult, nedum eos qui homicidia aut mutilationes membrorum in Ecclesijs earumvè Cæmeterijs committere audent, quemadmodum in GREGORIANA Constitutione sancitum est, verùm etiam eos, qui stantes in Ecclesia vel Cæmeterio interfi-

Bulla Benedicti XIII. *in Appendice Cōc. Rō.*

interficiunt, stantes extra Ecclesiam vel Cœmeterium, aut ipsis membrum mutilant, necnon eos qui stantes extra Ecclesiam, aut Cæmeterium occidunt stantes intra Ecclesiam vel Cæmeterium, aut illis membrum mutilant, ac eos tandem qui confugientibus vim inferunt, atq; ipsos ab Ecclesiia aliove loco immuni violenter extrahunt & abducunt. Declarantes in quatuor præmissis casibus ejusmodi reos non illius tantum Ecclesiæ, quàm violârunt, sed cujuscunq; etiam alterius Ecclesiæ immunitate gaudere nequaquam posse, aut debere.

Ad hæc in crimine Assasini non modo mandatorios, qui in ipsamet GREGORIANA Constitutione apertè excipiuntur, sed etiam mandantes, qui certum præmium aut mercedem sive in pecunia, sive in alijs rebus tradiderint, aut promiserint, quamvis promissio nullum habuerit effectum, dummodò Assasinium re ipsa patratum fuerit, ab Ecclesiasticæ Immunitatis beneficio excludit, ac pro exclusis perpetuo haberi vult & mandat.

Excludit pariter, repellit, atq; privat ejusdē Immuni-

Immunitatis privilegio interficientes proximum suum animo præmeditato ac deliberato. Falsificantes Literas Apostolicas, Ministros Montis Pietatis vel alterius publici Telonij, aut Banci pro depositis Principis privatarumquè Personarum destinati furtum aut falsitatem in prædictis locis committentes, cujus ratione arca pecuniaria ita minuatur, ut pœnæ Ordinariæ locus sit, conflantes, adulterantes, vel tondentes quascunq; monetas aureas vel argenteas etiam Principum exteriorum quotiescunq; in loco aut Provincia ubi crimen admittitur, liberum habeant usum & commercium, vel ipsas monetas conflatas, adulteratas aut detonsas scienter ita expendere & erogare præsumentes, ut fraudis conscij atq; participes censeri possint. Illos demum qui sub Nomine Curiæ sese introducunt in alienas Domos, animo ibidem perpetrandi rapinas, easq; re ipsa committunt cum homicidio aut mutilatione membrorum alicujus ex Domesticis earundem ædium, vel etiam extranei, quem ibi fortè reperiri contigerit, dummodò homicidium &

 muti-

mutilatio membrorum sequatur, aliàs prout fusiùs in eadem Bulla continetur.

CAPUT XXXIX.

De Seminarijs Posnan: & Varsavien:

VerbaCõc. Trid. Sess. 23. cap. 18.

CUm Adolescentium ætas nisi rectè instituatur prona sit ad voluptates mundi sequendas, nisi à teneris Annis ad pietatem & Religionem informetur, ideò cum jam sint ab Antecessoribus Nostris tàm circa Cathedram Nostram, quàm etiam circa insignem Collegiatam Varsaviensem tùm RR. Missionariorum ad S. CRUCEM erecta Seminaria Authoritate Synodi hujus statuimus, ut quilibet, qui ad Statum aspirat Spiritualem, & Sacris initiari desiderat Ordinibus, non priùs votorum suorum compos fiet, donec saltim per unum Annum in hisce Seminarijs vel Posnaniensi vel Varsaviensi debita scientiæ, pietatis ac Cantûs GREGORIANI jecerit fundamenta, talesq; omnes alios ad Beneficia tàm Curata, quàm simplicia præferri volumus, prout subTitulo Ordinis præmissum

missum est. Quia autem in Seminario Cathedrali Posnaniensi ex Fundationibus & Ordinationibus Antecessorum Nostrorum ob temporum calamitates tantus numerus Clericorũ (ut expressum est in anteriori Synodo Diœcesana) aliter sustentari non potest, invitamus Reverendissimos ABBATES tàm Regulares, quàm Commendatarios, ut sint memores & præscripti Concilij Tridentini, & per Antecessores suos obligationum coram olim *Illustrissimo* LUCA KOSCIELECKI Antecessore Nostro de *Anno* 1579. *Die* 8. *Octobris* factarum, ut hocce in Victualibus compositum (ut promissum est) contribuant. Ordinationem Antecessoris Nostri circa hocce Seminarium factam, hâcce Synodô Nostrâ etiam pro rata & grata habemus, Seminarium Varsaviense Curam Sacerdotum in Communi viventium concreditum ijsdẽ præsenti Synodô commendamus, ut quàm uberrimos proventus (ut jam experientiâ edocti sumus,) in Nostra Diœcesi in eodem Seminario educati adferre valeant. Nec sustentationi Alumnorum aliarum Diœcesium applicentur, sine

In eadem Sess. 23. & eodem Cap. 18.

expreſſo conſenſu Noſtro & Succeſſorum Noſtrorum, juſtum enim eſt, ut qui in pane per applicationem Villæ *Biſkupice* Anteceſſorum Noſtrorum educantur, in Noſtra Diœceſi fructum etiam laborum ſuorum Spiritualium proferant & aliorum. Admodùm etiam Reverendis Miſſionarijs ad S. Crucem diligenter commendamus, ut nunquam deficiant in manutenendis & erudiendis Seminariſtis Diœceſis Noſtræ juxta Fundationem de qua in Actis Conſiſtorij Varſavienſis.

CAPVT XL.
De Scholis.

Conſiderantes in inſtitutione Adoleſcentum Salutem Rei-Publicæ Chriſtianæ conſiſtere, etiam ad illorum bonum eſſe ſolicitudinem Noſtram convertimus, & ut eorum animi non tantùm bonis artibus, verùm etiam quod optimum eſt Religione Catholica pietate, virtutibus Chriſtianis erudiantur præcipimus, & Synodali Authoritate ſtatuimus.

In

In Civitatibus & Oppidis in quibus fructus sufficientes pro sustentatione reperiuntur, quantum fieri potest in Universitatibus promoti Professores ad Regimen Scholarum, in alijs verò locis probati, maturi, bonæ conversationis, literis commendati, Viri Scholares constituantur, ac facta Professione Fidei ut præmissum est hic *Capite 1mo* coram Decano Rurali in Congregatione, in Civitate verò Posnaniensi coram Officio, Juventutem sibi commissam à teneris Annis veræ Religionis scientiâ erudiant, ad usum Altaris ministerio. Cantui Ecclesiastico, quem seriò commendamus asvefaciant, diebus verò Dominicis ac singulis Festis pomeridiano tempore Fidei rudimenta, Cultum erga DEUM, reverentiam ergà Parentes de Præcepto Divino, morum honestatem & Civilitatem edoceant, ac juxta laudabilem consvetudinem Hymnô de SPIRITU S. ante Studidium præmissô, Lectiones, Angelica Salutatio devotè flexîs genibûs recitata coronet. Quoniam verò ad exemplum Præceptorum vel maximè Juventus componitur, ideò Præceptores

Cõst. Proviuc. l. 4. de Sch:

ad virtutem omni labore & ſudore præcingantur, tabernas relinquant, compotationes, ebrietatem, ac incontinentiam evitent, Domi in Oppidis ſine ullo ſcandalo & injuria incolarum vivant, vagos, peregrinos, idiotas penes ſe non foveant, atq; hæc omnia ut obſervantiâ & manutentione rigidiori ſerventur, ultra Magiſtratus, quibus cura Præceptorum, Inſtructorum ſeu Ludi-Magiſtrorum, Scholarum erectio, earumq; conſervatio & in tectis reparatis incumbit. Parochis bis in Anno Viſitationem Scholarum delegamus, qui de bona converſatione profectu adoleſcentum inquirat, ſtudeantq; ut ſemel in Menſe approbato Sacerdoti conſcientiam ſuam aperiant, qui verò ad idoneam ætatem provecti fuerint, Sanctiſſimæ Euchariſtiæ SACRAMENTO muniantur. Prohibemuſq; ſub pœna Excommunicationis ipſô factô incurrenda, Nobis verò reſervata, & Vicario Noſtro Generali, ne quiſpiam liberos ſuos, & quôvis aliô modô prætextuq; ad ſe pertinentes pueros, Hæreticorum Scholis, erroribus ſub prætextu Literarum inficiendos tradat,

Côſt. Prov. ibid. c. ex Studiis de pravû.

Côſt. Prov. tit. ut ſupra.

in quo

in quo conſcientiam Parochorum oneramus, ut de præmiſſis diligenter inquirant, & ad Nos Judiciumq; Noſtrum deferant. Volumus item ut ſimiliter de Libris Hæreticorum & doctrina enixè indagent, cui ſtatuto omnes & ſinguli erunt adſtricti. Et quoniam congruum eſt ut in Civitatibus & Oppidis ac Villis ubi copia Incolarum & Juventutis adeſt, hujus Diœceſis Juventus debitam habeat (ſignantèr quæ ad ſalutem ſpectant) educationem, per hanc Synodum ſtatuimus, ut Magiſtratus Civitatûm & Oppidorum Scholas ad erudiendam Prolem ſuam inſtituant, pædagogumq; Catholicū ut ſupra conducant, & eundem more uſitato ſalarient, quod zelo pietatis tàm Dominorum Hæredum, quàm Magiſtratuum commendamus. Siquidem verò compertum eſt, quod in nonnullis Civitatibus & Oppidis ac Villis in Scholis extructis pædagogi Lutherani Juvenes inſtruunt, & ubi nunquam extiterant ad præſens reperiuntur, eoſdemq; ſectæ ſuæ erroribus imbuunt, idcirco ſicut novitas nociva huic quoq; malo obviare volentes, eoſdem Diffidentes Pædago-

dagogos Authoritate præſentis Congreſſus amovendos declaramus, ad quem effectum Admodùm Reverendi Parochi ad Hæredes Bonorũ, ſive Magiſtratus pro amotione eorundem, & conductione Catholicorum inſtabunt, in defectu verò amotionis, ubi & cum quo de jure venerit, per ſtrepitum Juris agent.

CAPVT XLI.
De Conſervatoribus.

ABundantiores nulla virtus reperitur habere fructus, quàm juſtitia, hæc enim ſuas negligens utilitates, alienis proſpicit, hanc Pontificia poteſtas ſingulis ſingula tribuendo, æquâ lance moderata eſt. Proinde inhærendo Ordinationi Bullæ GREGORII XV in Synodo Provinciali *Wężykoviana* receptæ & promulgatæ, monemus omnes ac ſingulos cujuſvis Ordinis & inſtituti etiam Patres *Societatis* juxta Bullam INNOCENTII X. ut intra decurſum unius Menſis à die publicationis præſentis Statuti Conſervatores & Judices ſuos ex Judi-

Bulla Innocẽtij X.

ex Judicibus Synodalibus per Nos constitutos eligant, illos nimirum qui dignitate Ecclesiastica præditi, vel personatum obtinentes, Canoniciq; Ecclesiarum Cathedralium existant, eosdemq; ad Cãcellariam & Acta Nostra intra idem tempus deferant, aliàs in casu non electionis & ad Acta inscriptionis eos nullo modo à Jurisdictione Nostra eximi posse hac Synodali Constitutione declaramus. Ultra quod etiam Regulares noverint se esse subjectos Jurisdictioni Loci Ordinariorum in sequentibus, & quidẽ quò ad licẽtias quas petere à Nobis debẽt.

Piar.p.2.c.3.A.6 n. 19. Barb. d. pot. Ep. p. 3. all. 56. n. 16.

C quidã: c. de Monach. 12. caus. 18. q. 2. S. Cõc. Trid. Sess. 25. c. 3. de Reg. Bull. Clem. VIII. 1603. Greg. XV. 1622.

1mò. In Erectione novorum Conventuum.

2dò. Pro editione & impressione Librorum.

S Conc. Trid. Sess. 4. de editione & usu librorum.

3tiò. Pro quæstu quem velint facere per Personas Sæculares pro utilitate Conventûs.

S. Congr. Conc. 17. Ianuarij. 1692.

4tò. Pro laborando, & operas serviles exercendo Diebûs Festîs.

Card. de Lug. dis. 1. n. 104. Barb. in Sum. decis. Apost. Collect. 633. n. 25. ac reliq. S. Congr. Ep. ac Reg. 17. Ian- 1692.

Quò verò ad emergentia subijciuntur Loci Ordinariorum jurisdictioni, & per illos, pœnis affiiciuntur Regulares in sequentibus.

Urbanus VIII. Cons. 43. *Bulla* Innocentij x. 1652. & *Decretum ejusdem* 1654

I. Si in numero à Constitutionibus Apostolicis præscripto in Conventu non morentur, & Regularem disciplinã non servent.

Leo x. *in* Conc. Later. S. Conc. *Trid. Sess.* 25. c. 13. *de* Reg. S. Congr. Conci. & Rit. Barb.

II. Si invitati ad edictum, aliovè modô ad Processiones publicas accedere nolunt vel contemnunt, qui non gaudent speciali Privilegio ut supra præmissum est.

Clem. I. *de Sent. excom.* S. Conc. *Trid. Sess.* 25. c. 17. *de* Reg. & S. *Congr.* Conc. 11. Iunij. 1696.

III. Si censuras & interdicta per Nos promulgata non servent.

S. Conc. *Trid. Sess.* 15. c. 14. *de Reg.* S. *Congr.* Conc. 1584. 15. Decembris. & 12. Septembris. 1594.

IV. Si incedant per Civitatem & loca sine Socio, vel de nocte, aut indecenter vestiti & sine debita modestia religiosâ.

S. Conc. *Trid. Sess.* 25. c. 11. *de Reg. Sess.* 24. c. 3. *de Reform.* & S. *Congr.* Con. 8. Ianuarij. 1633. & 23. Septembris. 1690. *ac* 1. Decembris. 1691. *atq;* c. *ex ore de Privileg.*

V. Exercentes curam Animarum in Ecclesijs Monasterijs unitis, Curatiq; sive Vicarij, earundem Ecclesiarum pro Synodis, & Congregationibus Casuum Consci-

Conscientiæ intervenire renuentes.

VI. Si ministrent laicis Sæcularibus infirmis etiam hospitantibus aut inservientibus in eorundem Conventibus Sacramenta Eucharistiæ permodum Viatici & extremæ Unctionis absq; Episcopi vel Parochi licentia.

Clem. I. *de Privileg.* S. *Congr. Conc.* 5. Februarij. 1650. & 2. Octobris 1693. 13. Februarij. 1694. & 5. Iunij. 1700.

VII. Si lædant immunitatem Ecclesiasticam.

S. Congr. Immunit. 3. Februarij. 1637.

VIII. Si Superiores moniti non doceant Religiosum reum de delicto publico & gravi puniviſſe.

Conc. Trid. Sess. 25. c. 14. *de Reg. Bulla* Clem. VIII. 1695.

IX. Si offendant Ministros & Officiales Curiæ Episcopi.

S. Congr. Ep. 27. Martij. 1692. *Card. in* Clem. I. 9. 3. *de Off. Ord.*

X. Si erigant Altare portatile, & Sacrum faciant in Domo Nobilium sive in suis grantijs ut ibidem celebrent, & Viaticum ministrent etiam Regulari infirmo absq; licentia Ordinarij.

S. Congr. Conc. 1. Martij. 1685. & 14. Novembris. 1648. & 20. Septembris 1698.

XI. Si celebrent Missas in Oratorijs privatis Domicellorum Diebus exceptis, postquam ibidem fuerit celebrata unica Missa.

S Congr. 30. Maji 1699. *atq; Decretum Generale* Clementis XII. 1703.

Bulla Clementis X. 1670. S. Congr. 2. Aprilis. 1699. S. Conc. Trid. S. 25. C. 15.

XII. Si absq; expressâ approbatione & licentia Nostra Confessiones Sæcularium audire præsumant.

S. Conc. Trid. Sess. 6. c. 3. de Reform. & Sess. 25. Cap. 4. de Reg.

XIII. Si degentes extra claustrum delinquant.

S. Congr. Conc. 28. Augusti 1688. & 28. Februarij 1698.

XIV. Si absq; licentia Parochi benedicant Agros, locustas, bruchos, & cæteros vermes, ac in benedictione deferant Stolam.

XV. Si impediant Jurisdictionem Episcopi circa Custodiam clausuræ Monasteriorum.

XVI. Si publicè deferant Arma.

XVII. Si circumeant per Ecclesiam offerentes Populo patenam.

XVIII. Si non exequantur Testatoris voluntatē, quatenus eis commissa fuerit.

XIX. Si Eremitoria, Oratoria, Capellasq; aut Monasteria, sive Conventus Regulares absq; Nostra licentia erigant.

XX. Si scandala concionentur.

De Judicibus Diœcesanis.

SAcrosancti Concilij Tridentini Decretum ad executionem deducere volentes, Judices quibus Causæ Ecclesiasticæ à Sede Apostolica committantur designamus, & elegimus.

In Majori Polonia.

Illustrissimus JOSEPHUS KIERSKI EPISCOPUS Bolinensis, SUFFRAGANEUS, CUSTOS Cathedralis, Vicarius in Spiritualibus, & OFFICIALIS Generalis Posnaniensis.

Perillustris ANDREAS MYSZKOWSKI, Decanus Posnaniensis.

Perillustris GVILHELMUS ROBERTSON, U.J.D. Archi-Diaconus Posnaniensis.

Perillustris ALEXANDER MIASKOWSKI, Cantor Posnaniensis.

Perillustris FRANCISCUS WOLINSKI, U.J.D. Archi-Diaconus Sremensis.

Perillustris JOSEPHUS PAWŁOWSKI, S.Th.D. Archi-Diaconus Pscevensis.

Perillustris JOANNES IWANSKI, Cancellarius Posnaniensis, Prælati.

Perillu-

Perillustris SIMON WOSINSKI, U.J.D.

Perillustris MICHAEL ZAKRZEWSKI,

Perillustris PETRUS ROKOSSOWSKI,

Perillustris LEO MORAWSKI, U.J.D.

Perillustris LAURENTIUS SWINARSKI, Canonici Posnanienses.

In Ducatu Masoviæ.

Illustrissimus JOSEPHUS KIERSKI, Episcopus Bolinensis, *&c.*

Perillustris ALEXANDER MIASKOWSKI, Cantor Posnaniensis.

Perillustris JOSEPHUS PAWŁOWSKI, Archi-Diaconus Psceyensis.

Perillustris DĘMBOWSKI, Archi-Diaconus Varsaviensis.

Perillustris OSTROWSKI,

Perillustris ANTONIUS ŁAYSZCZEWSKI,

Perillustris LEO MORAWSKI, Canonici Posnanienses.



CAPUT

De Examinatoribus Synodalibus, In Examinatores Synodales præſtitô in Actu Synodi juramentô conſtituti ſunt.

Perilluſtris GVILHELMUS ROBERTSON, U.J.D. Archi-Diaconus Poſnanienſis.

Perilluſtris FRANCISCUS WOLINSKI, U. J. D. Archi-Diaconus Sremenſis.

Perilluſtris JOSEPHUS PAWŁOWSKI, S.Th.D. Archi-Diaconus Pſcevenſis.

Perilluſtris SIMON WOSINSKI, U.J.D.

Perilluſtris LEO MORAWSKI, U.J.D.

Perilluſtris JOANNES BONIATOWICZ, S.Th. & J.U.D.

Perilluſtris JOANNES KRAHL, U.J.D. Canonici Poſnanienſes.

Clariſſimus Illuſtris & Admodùm Reverendus M. STANISLAUS MAMCZYNSKI, U.J.P. Director Academiæ Lubranſcianæ nunc & pro tempore exiſtens.

Illuſtris HYACINTHUS KRYNICKI, Cuſtos Collegiatæ B.M.V. in Summo.

Illu-

Illustris THOMAS CZYRNICKI, Philosophiæ Doctor Canonicus S. NICOLAI.

Illustris STEPHANUS ŁĘCKI, Pænitentiarij Cathedrales Posnanienses.

Religiosus P. CANDIDUS NADALINSKI, S. Th. Præsentatus, Pænitentiarius Cathedralis & ejus Succedanei.

R. P. FELICIANUS NOWOMIEYSKI, S.Th.M. Ordinis Prædicatorum Conventûs Posnaniensis Prior.

R. P. à S. THOMA S.Th.L. Ordinis Carmelitarum Conventûs Posnaniensis ad Ædes Sacratissimi CORPORIS.

R. P. NICOLAUS CZARZASTY, Regularis Observantiæ S. FRANCISCI Primarius Lector.

R. P. LUDOVICUS CHYBINSKI Regens, Ordinis S. FRANCISCI Minorum Conventualium Posnaniensis.

R. P. SIGISMUNDUS ZAWADZKI, S.Th.L. Strictioris Observantiæ S. FRANCISCI Reform:

R. P. SYMONETTI *Societatis JESU*

Hoc tamen præcavetur, quòd præfati Examinatores constituti nonnisi Officium examinatoris

natoris in publico Examine expedient vel dum illis specialitèr à *Perillustri* ARCHI-DIACONO, sive Officiali Vicarioq; in Spiritualibus cōmittitur.

Censores Librorum.

Perillustris GVILHELMUS ROBERTSON, U.J.D. Archi-Diaconus Posnaniensis.

Perillustris SIMON WOSINSKI, S.Th. & U.J. D. Canonicus Cathedralis Posnaniensis.

Perillustris LEO MORAWSKI, U.J.D.

Clarissimus Illustris & Admodùm Reverendus M. STANISLAUS MAMCZYNSKI, U.J.P. Ecclesiarum Collegiatarum S. MICHAELIS in Arce Cracoviensi Decanus, Sandecensis Primicerius, Academiæ Posnaniensis Director, nunc & pro tēpore existens.

Illustris HYACINTHUS KRYNICKI, Pænitentiarius Cathedralis.

R.P. CANDIDUS NADALINSKI, Ordinis Prædicatorum.

R.P. SYMONETTI, *Societatis JESU.*

CAPUT XLIV.

De Regularibus.

CUm Regulares & Religiosi sint non postrema Ecclesiæ militantis fulcra, & *velut Aquilæ in Montibus excelsis* prospiciant Animas, easq; verbo prædicationis, Confessionis, doctrina ac exemplis pietatis investigent. Proinde in Diœcesi Nostra fundatos omnes & singulos cujuscunq; Ordinis ac Instituti paternè hortamur & obsecramus, ut pristinum zelum Animarum in Concionibus, Confessionibus, ac alijs pietatis exercitijs Ordinis proprijs indefessum servent, & in expurgando quantùm possibile est Hæreticæ pravitatis fermento, eundem ostendant. Et quos uti strenuos in Vinea CHRISTI Cooperatores, & conspicuum Ecclesiæ ornamentum peramanter æstimamus, ita pariter quod eorum Privilegia jura & immunitates illis à S. Sede Apostolica Summisq; Pontificibus concessa, dummodò revocata non fuerint, tueri, defendere, in animo habemus. Cupientes tamen ut & Nostra Jura, Bullis Summorum Pontificum Sacris Con-

S. Ephrem.

cilijs,

cilijs, Statutis Patrum, Canonicisq; legibus ornata, contemplatione Religiosarum Personarũ in recenti memoria & observantia teneantur, ac in ijs, in quibus Authoritati Nostræ vel tanquam Ordinariæ, vel tanquam Delegati Apostolici subjecti sunt, omnem obedientiam & reverentiam exhibeant statuimus, & quidem Conc: Trid:

Confessio Cõc. Trid. Sess. 23. de Reform. C. 1. Constit. Pii V. 133 Rom. Pon. Gregorij XIII. 9. in tania Clementis VIII. 115. Quæcunq; Urbani VIII. 92. cum sicut accepimus.

imò. Quoniam Regulares juxta Bullas Summorum Pontificum Pii V. Gregorii XIII. Clementis VIII. Urbani VIII. non possunt audire Confessiones Sæcularium etiam Sacerdotum, nisi fuerint ab Ordinario Loci approbati, ideo inhærendo ijsdem, omnibus Regularibus & Religiosis cujuscunq; Ordinis ac instituti etiam *Societatis IESU* distinctè præcipimus, ut nullus Confessiones in Diœcesi Nostra sub nullitate absolutionts excipere audeat, nisi prius fuerit à Nobis vel Officio Nostro ad id approbatus. Similiter quo ad casus Nobis reservatos, volumus, ut etiam illi qui alias ab Antecessoribus Nostris approbati fuerint, pro obtinenda hac in parte approbatione sese si-

ſtant coram Nobis vel Officio Noſtro.

Prædicatio Seſs. 5. de refor. Cap. 2. & Seſs. 24. itidem de reform. Cap. 4.

2*dò*. Inhærendo eidem Concilio Tridentino, in quo expreſsè conſtitutum eſt, ut nullus Regularis etiam in propria Eccleſia prædicare audeat, priuſquam ab Episcopo benedictionem petierit, in alijs verò Eccleſijs quæ ſui Ordinis non ſunt, præter benedictionem etiam licentiam prædicandi obtinere debeant, feriò omnes requirimus, ut hæc Decreta S. Conc: Trid: in recentiſſima habeant memoria ſcientes ſe, ſi vel neglexerint, aut (quod abſit) contempſerint, pœnis à Jure ſtatutis fore puniendos. Iidem tamen Verbi DEI Præcones, non ſint adulterantes Verbum DEI, nec placentes per docta verba auribus audientium, per quod non efficiantur Servi DEI atteſtante Doctore Geutium. Si hominibus placerem Servus DEI non eſſem, aut variis profanæ eloquentiæ ſecantes fruſtra auram periodis, quàm ſcindentes corda, ſed potiùs ad corrigendos corruptos vel pravos mores, eoſdemq; evitandos, vitia fugienda, virtutes amplectendas. Mandata DEI obſervanda, in Spiritu & veritate miniſterium ſuum adimple-

implere ſtudeant, auditoreſq; ſuos cohortentur. Si verò (quod tamen ſperamus per miſericordiam DEI nunquam eventurum) aliquis errores prædicare, vel ſcandala ſeminare in Populo repèrtus fuerit talis, ſciat ſibi Officium prædicationis juxta diſpoſitionem *S. Conc. Trid.* interdicendum fore.

Cõc. Trid. Seſs. 3.

Deſerentes Monaſteria.

3*tiò*. Extra Monaſterium degentes Regulares, juxta ejuſdem *Conc: Trid. Seſs. 6. de reform: cap*: 3. ab Epiſcopo tanquam à Sedis Apoſtolicæ Delegato puniri poſſunt. Qui verò intra clauſtrum degunt, ſed extra clauſtrũ delinquunt, juxta diſpoſitionem ejuſdem *Concilij Seſs*: 25. de Regularibus à ſuo proprio Superiore ad inſtantiam Epiſcopi & intra tempus ab eodem præfigendum ſeverè puniantur, ac de punitione idem Superior Epiſcopum certiorem facere debet, aliter, delinquens ab Epiſcopo puniri poteſt. His ergo Decretis & diſpoſitionibus *S. Concilij Tridentini* inhærendo, omnes Superiores, quocunq; titulo & nomine vocandos, Paternè obſecramus in Domino, ut ita ſubditos ſuos in Officio contineant, ne un-

ne unquam ullum ſcandalum ab ipſis, qui omnis ſanctitatis & perfectionis vivum debent eſſe exemplar, fideli populo detur, Nobiſq; omnis occaſio pœnas emeritas contra delinquentes urgendi, aut reſpective ut ſupra in eoſdem extẽdendi auferatur. Regulares verò extra clauſtrum degentes (quod tamen nonniſi legitimis ex Cauſis & cum licentia ſuorum Superiorum facere debent) bonæ converſationis exemplum omnibus exhibeant, aliàs noverint Nos contra ipſos juxta datam Nobis à Jure facultatem proceſſuros.

Ne inducăt adSepulturam.

4*tò*. Nemo Regularium audeat quemquam inducere ad Sepulturam eligendam, vel eam electam non immutandam ſub pœnis in Capite Animarum periculis de Sepultura in 6*to* expreſſis, extendendis, toties quoties perpetratum fuerit, neminemq; illis in Eccleſijs ſuis ſepelire præſumat, præterquam illos qui vigore Sepulturæ Antenatorum ibi ſepeliri debent, vel qui ſibi apud illos Sepulturam elegerint, de qua electione vel per Teſtamentum, vel ſaltim per duos Teſtes fide dignos docere Parochũ,

Lib. 3. Sexti Decret: C. 1. quod incipit. Animarum periculis.

intra

intra cujus limites qui mortuus eſt teneantur.
Ad levanda Corpora Defunctorum etiam illorum qui apud illos ſepeliri debent, cum Cruce in Parochiam ſine ſcitu Parochi nemo Regularium deſcendat, multominùs proceſſionaliter eadem corpora deſuper independenter ſine conſenſu Ordinarij Parochi deferre præſumant. Juxta declarationem LEONIS X. & S. Congr. Cardinalium ſuper negotijs Epiſcoporum & Regularium.

Leo X. *in Conc. Gen. Later.* *Cõgr. SS. Can.* 17. *Ja*nuarij. 1604.

5*tò*. Quoniam Parochi paſſim damna perferunt, & tolerant, dum eis fructus qualis eſſe poterat ſubtrahitur & aufertur, ob electionem Sepulturæ extra hanc Eccleſiam cui defunctus ſubjectus fuerat. Quarta autem funeralium ſuis Parochis de jure debeatur, contra quam Religioſi cujuſq; Ordinis nulla exceptione ſe tueri poſſunt, eo quod ſit Concilio Tridentino Conſtitutionibus Synodalibus Provincialibus roborata, ideo ſolutioni ejus omnes Regulares Sacerdotes, priuſquam defunctus humandus venerit ex aliena Parochia, volumus eſſe adſtrictos & obnoxios irremiſſibiliter, ita ut nihil ab eis

Quarta Funeraliũ.

Cõc. Trid. Seſs. 25. *de reform. Cap.* 13.

ab eis intuitu funeris attentetur, donec ejusmodi quarta, sive per se, sive per Successores defuncti absq; omni tergiversatione & disceptatione exoluta fuerit, cujus executionem facto recursu, Nobis Officioq; Nostro reservamus. Quartam autem intelligi volumus portionem Canonicam ex impensis pro pompa funebrali assignata, quam etiam ex eis quæ circa funus deferantur solvi Ecclesiæ Parochiali Regulares quocunq; modo exempti, erunt adstricti juxta Constitutionem SIXTI IV. ubi expressè habet, (salvâ Justitiâ illarum Ecclesiarum à quibus Corpora mortuorum assumuntur.

Pius par. 2. Cap. 3. a. 6.

Idem par. 2. Cap. 5. a. 4. Cap. 3. a. 6.

Ad majorem verò hujus rei elucidationem, excerptum ex Bulla BENEDICTI Papæ XIII. in Concilio Romano impressa, hìc annotari fecimus. *Parochis Defunctorum qui in Ecclesijs quorumcunq; Regularium prædictorum tumulabuntur, persolvatur & cum effectu tradatur Quarta pars omnium Intorticiarum, & Candelarum, quibus Defuncti cadaver in itinere ad Ecclesiam tumulantem associabitur, necnon omnium Intorticiorum & Candelarum quæ in ea-*

Bulla Benedicti XIII. de Anno 1725. in Cōc. Rō.

in eadem Ecclesia circa Cadaver, vel etiam in Altaribus in Die funeris accendentur. A prædicta tamen quarta funerali exceptæ intelligantur, & sint candelæ quas Sacerdotes etiam Regulares, vel piarum Sodalitatum Confratres funus associantes, manualiter per viam accensas deferant. Quod si funus non fieret in Die tumulationis, sed ad diversam Diem vel ad aliud longius tempus differetur, Parocho nihilominùs assignetur Quarta pars omnium intersticiorum & candelarum, quæ ipsâmet peracti funeris die in Ecclesia ubi defunctus humatus fuit, circa Cœnotaphium seu tumulum honorarium, atq; etiam in Altaribus ejusdem Ecclesiæ accensa fuerint. Hæc porrò omnia locum habeant, & exactè in posterum obseventur, quotiescunq; Defunctus extra suam Parochialem Ecclesiam tumulabitur vel exportabitur, sive quia in Ecclesia tumulante vel exponente Beneficium obtinuerit, sive quia ibidem sepulchrũ habuerit Gentilitium, sive tandem quia eam sepulturam elegerit. Cæterùm sub prædicta quarta funerali comprehendi non intendimus, imò

expressè ab ea excipimus legata Missarum & Anniversariorum hisq; similia pia relicta ad favorem Ecclesiæ tumulantis vel exponentis à Defuncto deposita, circa quæ ac omnia & singula alia, de quibus in præsenti Constitutione mentio facta non fuit. Privilegia prædictis Regularibus Ordinibus ab Apostolica Sede concessa salva prorsus, illæsa ac inviolata perpetuò permanere, & ab omnibus ad quos spectat & pro tempore quandocunq; spectabit, inconcussè ac irrefragabiliter observari debere volumus, decernimus & mandamus. Ubi verò consvetudines legitimè probatæ, conventiones, concordiæ vel statuta vigerent, quæ præfatis Parochis magis faverent, illisq; pinguiorem prædicta Quarta emolumentorum funeralium portionem assignarent, ea in ijs, in quibus vigent, locis inconcussè ab omnibus observari motu, scientiâ, ac potestatis plenitudine paribûs sancimus, præcipimus, & jubemus.

Decernentes pariter præsentes Literas & in eis contenta quæcunq; etiam ex eo, quòd prædictorum Ordinum Regularium Superiores vel

qui-

quicunq; alÿ in præmissis interesse habentes, seu
habere quomodolibet prætendentes illis non con-
senserint, nec ad ea vocati & auditi seu Cau-
sæ, propter quas præsentes emanârint, adductæ,
verificatæ, seu aliàs justificatæ non fuerint, vel
etiam enormis, enormissimæ & totalis læsionis,
aut aliô quôvis prætextu & ex quocunq; Ca-
pite, colore & causa etiam necessario exprimē-
da, de subreptionis, & obreptionis seu nullita-
tis vitiô, aut intentionis Nostræ vel alio quô-
piam defectu notari, impugnari, in toto vel in
parte rescindi, retractari, invalidari, in jus vel
controversiam revocari, ad terminos Iuris re-
duci, seu adversùs illas restitutionis in integrũ
aperitionis oris, aut quodcunq; aliud Iuris vel
facti gratiæ, vel Iustitiæ remedium impetrari,
seu eô impetratô quemquam uti seu juvare in
Iudicio, vel extra nullatenùs posse, sed eas sem-
per validas, firmas & efficaces existere & fo-
re suosq; plenarios & integros effectus sortiri
ac obtinere, & ab omnibus ad quos spectat &
pro tempore quandocunq; spectabit inviolabili-
ter, & inconcussè observari debere, sicq; & non

 aliter

aliter in præmissis quoscunq; Iudices Ordinarios & Delegatos etiam Causarum dicti Palatij Apostolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales etiam de Latere Legatos & Nuncios sublatâ eis & eorum cuilibet quâvis aliter judicandi & interpretandi facultate, & authoritate judicari & definiri debere, ac irritum & inane, si secus super his à quoquam quâvis authoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Reliqua videantur in eodem Concilio Romano.

6tò. Sacrificia Missæ in privatis residentijs & domibus vetantibus tot Summorum Pontificum Constitutionibus, signanter CLEMENTIS XI. nulli Regularium virtute etiam cujuscunq; Privilegij celebrare liceat, nisi vel Indultum Romanum vel Nunciaturæ Apostolicæ à Nobis tamen admissum, vel à Nobis facultas vigore Indulti taliter celebrandi specialiter concessa fuerit. Verùm ad hæc celebranda, locus seorsivus, honestus, ab omni usu alienus, decenter ornatus, à Nobis vel ex mandato Nostro per quempiam revisus & designatus sit.

Decretum Cementis XI. 15. *Decembris.* 1705.

Clau-

Clausulæ tamen & conditiones singulæ observandæ sunt in similibus Indultis apponi solitæ, de Festis solennioribus in quibus præfata celebratio vetatur, quàm etiam de numero Missarum absolvendarum, tum etiam de ijs quibus auditio Missæ in prætactis privatis Oratorijs ad implendum Ecclesiasticum Præceptum suffragantur.

7mò. Dum à suis Conventuum Superioribus Religiosi quòcunq; mittuntur, ab his obedientiales Literas, tum & Testimonium de facultate excipiendi Confessiones (supposítô tamen quòd approbati fuerint) omninò secum deferant, aliàs sciant se à Parochis nec ad celebrationem Missæ, nec ad audiendas Confessiones esse admittendos.

8vò. In Ecclesijs suis nemo Regularium audeat Indulgentias publicare, donec à Nobis sive Officio Nostro visæ & revisæ facultasq; eas publicandi concessa fuerit. Si quæ verò Indulgentiæ expiraverint, ijsdem uti non audeat, priusquàm renoventur, aut aliæ obtineantur.

Cõc. Trid. Sess. 21. de reform. Cap. 9.

9nò. Exorcistatûs Officium nemo Regularium

um exercere valeat, nisi ad hoc expressam à Nobis vel Officio Nostro in scripto habuerit facultatem. Ijs verò quibus id præmissum fuerit commendamus & Paternè monemus ut condignè ac devotè in Ecclesijs & non alibi exerceant, Precibus, Orationibus, Exorcismis in Rituali Romano expressis & præscriptis ad hoc utendo. Quæ autem superstitionem redolent ab his omninò abstineant, præcipuè à balneis, maximè respectu Personarum alterius sexûs præparandis, idq; sub pœnis arbitrarijs, tùm privatione dicti Officij & facultatis sibi concessæ.

Clemens VIII. 15. *Martij.* 1596.

10*mò*. Omnes Superiores Regulares ad quos pertinet, Claustralibus seu subditis suis, dimissoriales cōdere pro Ordinibus, meminerint quod eos dirigere debeant, ac hos pro ordinatione mittere juxta Constitutionem CLEMENTIS VIII. latam ad Episcopum Diœcesanum, videlicet ad hunc in cujus Diœcesi Conventus & Monasterium situm est, & in quo habitant qui ordinandi sunt, nisi forte Episcopus à Diœcesi sua abesset, vel non esset habiturus ordinati-

ones,

ones, vel Sedes Episcopalis vacaret, tunc temporis licebit dictos subditos suos ad quemcunq; Episcopum mittere, dummodò ipsi Regulares de industria non distulerint concessionem dimissorialium ad id tempus. Quodsi verò dimissoriales in casu ut dictum ad Episcopum aliũ non Diœcesanum dirigantur, in ijsdem per expressum apponatur ratio absentiæ Episcopi Diœcesani, vel Ordinationum ab ipso non habendarum, & hæc omnia præfatus CLEMENS VIII. sub privatione Officij, dignitatis, Administrationis, Vocis Activæ & Passivæ & alijs arbitrarijs, in præfata Constitutione decrevit.

11*mò*. Et quia vigore *Conc*: *Trid*: Personæ Regulares curam Animarum exercentes, subsint immediatè in ijs quæ ad dictam curam, & administrationem Sacramentorum spectant, Jurisdictioni, Visitationi, & correctioni Loci Ordinarij, intra cujus Diœcesim fundati sunt & commorantur, ideò illis ut Officia & obligationes Parochorum jam supra recensitas inviolabiliter servent & adimpleant. Præterea tales Parochos Regulares circa Ecclesias Parochi-

Cõc. Trid. Sess. 25. *Cap.* 11.

rochiales Monasterio munitas, sine Socio Regulari manere volumus juxta declarationem S. Congr. in quos seriam animadversionem in præmissis declaramus, qui ut Congregationibus Decanalibus bis in Anno fieri solitis, intersint, stringimus & obligamus, eosdem Parochos Regulares. Privilegia, Jura, Rescripta & Decreta, vigore quorum dicta Beneficia Curata possidere prætendunt, coram Nobis sive Officio Nostro in decursu Sex Mensium producant, alioquin Nos vel Officiales Nostros cōtra Ipsos uti indebitè usurpatores Beneficiorum sæcularium, prævió edictô valvis Ecclesiæ suæ affigendo, processuros declaramus virtute Synodi modernæ.

S. Congr. in Bobien: 16. Martij. 1630.

12*mò*. Inhærendo autem Decreto Sacræ Rituum Congregationis sub Urbano VIII. emanato contra Regulares omnes, mæchanicas, diversas, vel venales seu quasvis quæstuosas artes exercentes, inhibemus omnibus tàm Superioribus quorumq; Ordinum, vel Congregationū Monasteriorum, Conventuum, Collegiorum, Domorum ac locorum Regularium, quàm particula-

S. Congr. sub Urbano VIII. 29 Aug. 1637

ticularibus & Religiosis & Ecclesiasticis quibuscunq; ne sub Religionis Nomine sive particulari, audeant & præsumant per se, vel alios, exercere in suis Conventibus, aut alibi in quocunq; loco ullam artem venalem sive Pistoriam, linificium, textrinum, aut aliam quamlibet præterquam pro suis Religiosorũ aut Alumnorum usibus, idq; sub pœnis in eodem Decreto statutis, hoc enim ab Ecclesiasticis Personis alienum esse debet.

13*tiò*, Obsecramus in Domino omnes Superiores quorumcunq; Ordinum, ut quando à Parochis Locorum, singulariter tamen in majoribus Festivitatibus, in quibus Ipsi Ecclesiarũ Rectores concursui Fidelium satisfacere non valent, & invitati fuerint, illos in excipiendis Confessionibus, ac alijs Ecclesiasticis Officijs ac ministerijs, pro illo tempore devotionis alacri animo fulcire, & adjuvare non recusent. Innixi declarationi S.R.C. ad desideria hujus Diœcesis in Synodo *Szoldrsciana* de *Anno* 1640. expressæ censuimus, ut dimissis à *Societate IESU* & ordinatis ad votum paupertatis ejusdem

Videatur infra Bulla Sixti.

Societatis provideatur & procuretur titulus per Collegium à quo dimittitur, ut tollantur ſcandala, nec dimiſſus reddatur vagabundus, aliàs ejuſmodi dimiſſi tamdiu ab Exercitio Sacri Ordinis ſint ſuſpenſi, quamdiu de legitimo titulo non docuerint, niſi fortè per Nos, Officiumq; Noſtrum, ſpecialem facultatem in ſcripto obtinuerint, præſenti Synodo ſtatuimus.

CAPUT XLV.
De Monialibus.

PAſtorali ſolicitudinis Noſtræ non exiguum onus eſſe noſcimus, illis aliquid de perfectiori eoq; illibato Statu providere, quæ ſecutæ ſunt agnum immaculatum, & cum eo eunt quocunq; ierit, vel ideò ut in Stolis albis, hoc eſt in ornatu candido, Sacræ Caſtimoniæ eæq; juraturæ, & in imitatione Sacri ſui Inſtituti, ac Regulæ finiant vitæ Dies & Annos. Proinde ut viridiori memoriâ ac obſervantiâ à Sanctimonialibus regula habeatur, ad pietatiſq; exercitia majori zelo & fervore accendan-

cendantur, eaſdem in Domino ad infraſcripta prompte exequenda cohortamur.

Wprzod niż do Was, y o Was Dziewice Chryſtuſowe poślubione BOGU przez trzy Wota ſolenne zaczniemy mowić, Błogoſławieńſtwo Paſterſkie zaſyłamy Wam. Doſtoieńſtwo y godność wokacyi Waſzey iaka ieſt, łátwo ztąd uważać możećie, ponieważ ſtałyśćie śię Oblubienice Tego, ktory od wiekow czyſty y niezmázany ieſt, y będźie ná wieki. Więc ztąd miárę weźmiyćie, iakiego honoru, to ieſt uſzánowánia y doſkonałośći ten Swięty Waſz Oblubieniec po Was wyćiąga, do ktorych ábyśmy Was zachęćili, władzą Naſzą y powagą ordynaryiną do ktorey znać powinnyśćie śię, zálecamy Wam na fundamenćie nauki Apoſtoła do pierwſzego Wotum Waſzego reguluiącey śię: Bądźćie posłuſzne Przełożonym Waſzym, *á że to poſłuſzeńſtwo Swięte od Was w niektorych Kláſztorach weſpoł z Zakonnemi Przełożonemi władzy Naſzey oddane, ſtaramy śię o to, ábyśmy przezornośći Naſzey w tymże nie umykali, y owſzem czułośćią Paſteoſką pogotowiu byli, uważa-*

Ad Hæbr. 13.

ważaiąc áby śię między Wami nic tákiego nie dźiało, coby Was sáme, y Swięte ustáwy Wáße psuć mogło. A gdy ták pogotowiu iesteśmy, zabiegamy wßelkim Inkonwenienciyom, Rany CHRYSTUSA stawiáiąc Wam przed oczy, áby ná te zapatruiąc śię trzy Wota, tym lepiey (ktoremi Oblubieńcowi Waßemu do śmierći obowiązałyśćie śię) wiernie, nieskáżytelnie, y z miłośćią ku niemu obserwowáły. Poprzyśiężone Wota, bo z dobrey woli uczynione, iako to ubostwo Wáße, czynić sobie bogáte w BOGU, y tám lokuyćie iako w Skárbie nieprzebránym. Kwiát Panieńskiey czystośći, ktorego Oyczyzna Niebo temu tylko sámemu ktory między liliámi, czyli iaśniey między Dußami zwykł delicyowáć, niech będźie od Was zachowany. Swięte posłußeństwo niech zatłumi wßelką niechętną y niechćiwą gotowość, y uczyni obrotną, gdyby y ná pomyślne Przełożonych skinienie. To gdy Wam zá generálną z Pásterskiey władzy dáiemy przestrogę; do zachowánia w Kláßtorách y zgromadzeniach Waßych pártykulárne obligácye y Konstitucye ná Synodźie Naßym Diecezalnym opisane podaiemy.

S. Ambrosius lib. 1. de Virginibus.

Cõc. Trid. Sess. 24. C. 5. de Regular.

Imò. *Swięte Koncilium Trydentſkie, pod pogrożką Sądu Boſkiego y wiecznego przeklęctwa wſzyſtkim Biſkupom zleca y przykazuie, áżeby Kláuzury we wſzyſtkich Kláſztorách Pánien Zakonnych, nie tylko pod władzą ich, ále też pod dyrekcyą, y Iurisdykcyą Przełożonych Zakonnych zoſtaiących, doźierali y przeſtrzegali. Dla tego pod Klątwą wſzelkim Zakonnicom przykazuiemy, żeby żadna Zakonnica nie śmiáła zá Kláuzurę wyść bez pozwolenia od Nas, álbo Officyáła Naſzego Generálnego, ná Piśmie otrzymanego. Te zaś ktore pod władzą Przełożonych Zakonnych zoſtaią, oprocz pozwolenia Naſzego, maią też mieć pozwolenie od Przełożonych ſwoich. Ktoreby zaś przećiwko temu wykroczyły, rzeczą ſamą w Klątwę wpádaią, ktora ſamemu Oycu S. rezerwowána ieſt. Pod tąż Klątwą także zakazuiemy, áżeby nikt do Kláſztoru Pánieńſkiego nie tylko z Męſczyzn, ále też z Białychgłow wniść nie śmiał, bez tegoż pozwolenia Naſzego ná piśmie. Iednakże dla Spowiednikow, Doktorow, Cerulikow, Rzemieślnikow y innych ktorych uſługa do Kláſztoru*

ſtoru

ſtoru weyśćia koniecznie potrzebuie, Przełożone Kláśtorne generálną od Nas ná piśmie otrzymać powinny licencyą, tego pilnie przeſtrzeſtrzegaiąc, w czym ſumnienie ich ćiężko obowiązuiemy, áżeby pomienionych Oſob do Kláſtoru nie przypuſzczáły, chyba w ten czas, kiedy właſna tego ieſt potrzeba, y tego też przeſtrzegaiąc, áżeby te Oſoby tamże śię nád potrzebę nie bawiły, áni w żadne z Zakonnicami nie wdáwáły rozmowy. Swieckie Pánny ná ćwiczenie do Kláſtoru przyięte bydź nie powinny, ktore ieſzcze śiedmiu lat nie dokończyły, iako też y te ktore dwádźieśćia lat y pięć maią, w Kláſtorze bydź trzymane nie powinny. Tych záś przyimować nie będą, chyba zá zgodnym Kláſtoru konſenſem, y Przełożonych pozwoleniem. Wyiśćia z Kláſtoru pomienionym Pánnom Swieckim ná ćwiczeniu zoſtaiącym Zakonnice żadnym ſpoſobem pozwáláć nie powinny, ieżeliby raz wyſzły, nażad przyięte bydź nie maią. Przeſtrzegać y tego powinny Przełożone, áżeby te Panny Swieckie miáły oſobne w Kláſtorách mieſzkánie, bez wſzelkiey z Zakonnicami kommunikacyi.

2dò.

2dò. *Powinny przeſtrzegać Przełożone, áżeby Zakonnice u kraty wſzeláką zachowáły ſkromność, y tam śię nád potrzebę z Swieckiemi nie zabawiáły rozmowami, śmiechow, żartow, y tego wſzyſtkiego cokolwiek przećiwko Zakonney bydź może ſkromnośći, y coby zá ſobą iakie w ludźiách Swieckich pociągnąć mogło zgorſzenie pilno śię wyſtrzegaiąc. Krata zawſze bydź powinna zamknięta, inaczey z otwartą kratą lub drzwiámi otworzonemi Kláſztornemi, Zakonnicom rozmawiáć śię nie godźi, gdźie ten Swięty záchowuie śię zwyczay, żeby zawſze ta, co do kraty lub forty idźie ná rozmowę, miáła Socyuſzkę przy ſobie, ktoraby wſzyſtko ſłyſzeć y widźieć mogła, co śię u kraty dźieie, lub forty mowi, áżeby śię to pilnie y wiernie záchowáło, Przełożone doglądać powinny. Kędy zaś tego zwyczaiu nie maſz, álbo ieſt zaniedbany, áżeby był wprowádzony, z całego Serca życzemy, y Przełożone do tego záprá ſzámy, y Paſterſką ádmonicyą pobudzamy.*

3tiò. *Oprocz Ordynaryinych Spowiednikow ktorzy od Nas oſobliwym ſpoſobem do tego ápprobo-*

probowáni bydź powinni, dwa albo trzy razy do Roku extraordynáryiny Spowiednik, także od Nas, álbo Officyáła Naßego ápprobowány, ma bydź náznáczony, przed ktorym wßystkie Zákonnice Spowiádáć śię, álbo przynamniey onemu prezentowáć śię powinny.

4tò. *Wprzod niżeli Postulántkę álbo Probántkę do Nowicyátu, tak też do Professyi przypußczą, powinny Nas o tym uwiádomić, osobliwie ná Mieśiąc przed Professyą, áżeby Nowicyußka od Nas, álbo ieżelibyśmy sámi tego uczynić nie mogli, od kogo z rámienia Naßego exáminowána y wypytana bydź mogła.*

5tò. *Y to też do wiádomośći donośiemy, że S. Koncilium Trydentskie Klątwę wydało ná tych wßystkich iakiegokolwiek Stanu y kondycyi bydź mogą, ktorzy iaką Pánnę álbo Wdowę, álbo iakąkolwiek inną Białogłowę powolnie do weyśćia do Kláßtoru przymußali, lub do przyięćia Hábitu, lub do uczynienia Professyi, ktorey tą Klątwie popádaią ći, ktorzy radą, pomocą do tego pomagaią, także y ći ktorzy wiedząc że ktora z pomienionych Osob gwałtem przymußona*

do Klá-

do Kláſztoru wchodzi, álbo Hábit przyimuie; álbo Profeſſyą czyni, do tego álbo przytomnośćią ſwoią álbo zezwoleniem, álbo powágą przykłádaią śię. Taż Klątwa od tegoż Koncilium wydana ieſt ná tych wſzyſtkich, ktorzy przećiwnym ſpoſobem, bez ſłuſznych racyi y przyczyny Białeygłowie iakiey weyśćia do Kláſztoru, przyięćia Hábitu, y uczynienia Profeſſyi przeſzkadzaią.

6tò. Ponieważ iako też Koncilium Trydentſkie iawnie deklárowáło, że Zakonnicom, ktore ślub uboſtwa uczyniły, nie godźi śię nic właſnego w oſobnośći trzymać, álbo zachowywać, ále wſzyſtko cokolwiek im dano álbo darowano będźie, ná Kláſztorną potrzebę obroćić śię powinno. Dla tego wſzyſtkie Przełożone tego pilnie doźieráć powinny, áżeby to uboſtwo Swięte iako naypilniey y naydoſkonaley záchowane bydź mogło. Stáráiąc śię wſzelkim ſpoſobem żeby Zakonnicom ſwoim rzeczy potrzebne prowidowáły, żeby nie miáły okázyi Zakonnice pod pretextem potrzeby, w czym przećiwko uboſtwu Swiętemu wykroczyć.

7mò. Także Pánnom Zakonnym pod Naſzą

jurisdikcyą zostaiącym, ażeby Summ dotálnych y posagowych Pánnom do Kláßtoru wstępuiącym, y do Professyi przypußczonym, álbo ktorychkolwiek Summ Oryginálnych bez wyraźnego konsensu Naßego, ná żadnych Dobrach lokowáć y zapisywáć nie ważyły się, pod ánnihilácyą tákiego aktu y suspensyą od wßelkiey Zwierzchnośći y funkcyi Wielebnych Pánien Xięni, Przeoryß, Konsyliárek y innych, zákázuiemy, álbowiem z tey samey rácyi deperdycya y zagubienie Summ takowych, álbo też wielka trudność y expensa w windykowániu y rekuperowániu ich wyniknąćby mogła. Ieżeliby zaś pomienione Pánny Zakonne ná iakieykolwiek Iurisdikcyi postanowione, po drugi raz tey Ordynácyi y zákazaniu Naßemu przećiwne były, y iakąkolwiek uczyniły kontrawencyą, od tąd wiecznemi czásy do żadney funkcyi nięsposobne bydź sądziemy y dekláruiemy.

8vò. Według ostatniego Koncilium, Láterańskiego. Ponieważ wiele Zakonnych Pánien Przełożonych Symonią to iest Swięto-kupstwo pod protextem rożney indygencyi y potrzeby, iako też

wzglę-

względem posagu od wßystkich Pánien do Klá-ßtoru wstępuiących, pewney kwoty pieniężney upominać się zwykły. Zaczym zabiegaiąc tym inkonweniencyom postanowiamy y nakazuiemy, pod karą ná tych, ktorzy Symonią to iest Swiętokupstwo popełniáią, w Koncilium Trydentskim náznáczoną, żeby we wßystkich Kláßtorach Pánien Zakonnych w Diecezyi Naßey fundowanych determinowány według fundacyi komput Pánien Zakonnych obserwowány był, ta zaś determinácya liczby álbo przez fundácyą, álbo Dekretem Biskupim postanowiona bydź powinna. Gdy zaś po Smierći ktorey Pánny Zakonney ten komput zupełny nie będźie, tedy ná mieysce iey inßa Pánna do Zakonu bez wßelkiego pretextu y depáktácyi oddania posagu przyięta bydź powinna, ktorey iednak wolno będźie eleemozynę dać Kláßtorowi, ieżeli zkąd będźie miáła. Ktoraby zaś Przełożona Zakonna przećiwnym sposobem to uczyniła, y po wstępuiących y przypußczonych do Professyi Pánnach iakich pieniędzy álbo inskrypcyi wyćiągáła, w tym punkćie niech wie, że w ćiężki grzech Symoniy

1. q. 2. c. quám pio mentis affectu & Decr. S. Congr: apud Ovar pag. 268. n. 8.

 wpá-

wpáda. Nád tę zaś liczbę pomienioną, przez fundacyą álbo Dekret Biſkupi náznáczoną, ieżeli ktore Pánny do Zakonu przyięte będą, tedy ſwoy poſag komportowáć powinny, áżeby z prowizyi roczney od niego pochodzącey ſuſtentacyą y ubior, pokąd żyć będą mieć mogły. Wolno im zaś będźie przed Profeſſyą pominiony Poſag, álbo Kláſztorowi, álbo też Krewnym, lub inaczey według woli ſwoiey dyſponowáć, ktorego to poſagu poki Pánna Zakonna nád liczbę determinowáną w Kláſztorze zoſtaiąca żyie, nie godźi się âni ná Fábrykę y repáracyą Kośćioła, âni też ná inſze rożne potrzeby obracáć według Ordynacyi Bullow Papieſkich.

CAPVT XLVI.
De penſione Deputatis.

SAlutariter negotijs Eccleſiarum totius Provinciæ proviſum & proſpectum fuit, dum ex præſcripto legis, Capitulis Eccleſiarum Cathedralium indultum eſt, ad Tribunal Regni DD. Capitulares ſuos Judices eligere Deputa-

tos

tos, ut ibidem Juribus Ecclesiasticis invigilent cum omni tuitione, ne in minimo jacturam patiātur, iisdemq; Deputatis tàm à Capitulis, quàm & ab Abbatijs certa est assignata pensio, ne suo stipendio & ære pro communi interesse militent & enerventur. Quàm ejusmodi pensionem licet quidem non nulli DD. ABBATES ex Bonis sibi à DEO concreditis, & redditibus sat sufficientibus, usitatô more pūctualiter pendunt, cum tamen alij resistendo legi & expressæ dispositioni Const: Provin: nescitur ob quam rationem illud concernens exolvere recusant, & à plurimis Annis non exolvunt, proinde resistentiam ipsorum in Domino Synodaliter adhortamur, ut unicuiq; reddatur, quod ipsi Jura concedunt, quatenus in retenta pensione DD. Deputatos pro anteactis Annis pacificent, & in posterum ex laudabili consvetudine cum omni punctualitate annuatim in prætensis satisfactionem præstent, intime cōmeadamus. DD. verò Deputati, quatenus functionem suam in puncto residentiæ, signanter in cōplēdo numero Judicū in Tribunali exequātur Synodum Provin: *Gęmbiccianā* reassumēdā esse duximus.

De Archivo Actorum Consistorialium.

CUm Nos Divinâ Gratiâ legum custodem in hac Nostra Dioecesi constituit, proinde Juribus Ecclesiarum & Beneficiorum prospiciendo, ne dispendium aliquod patiantur aut depereant, in Commissarios ad revidenda & regestranda Acta Consistorialia, & lustrandum Archivum in Majori Polonia, in Commissarios *Illustres & Admodùm Reverẽdos* SEBASTIANUM DEGORSKI U.J.D. Can: *Srem*: ALOYSIUM DUNSKI U.J.D. Præp: *Bucov*: HIERONYMŨ HORLEMES *Neomist: Dec. For.* assignamus. In casu fatorum alicujus, Officium Consistoriale alium semper substituat. In Masovia verò ad Regestrationem Actorum, & lustrationem Decretorum Consistorialinm Varsaviensium *Perill:* JOSEPHUM ANDREAM SŁAWĘCKI Cath. Cam. *& Ill. R.* CHRISTOPHORUM KREKIER Varsaviẽsẽ Canonicos deputamus. Assignati verò Cõmissarij Acta utrũ sint acticata, aut neglecta, sive etiam utrum in toto reperiantur seriò investigent, & Nos specialiter sibi commissis informent. In Majori

ri verò Polonia, ijdem RR. Commissarij locum in Ecclesia Nostra Cathedrali ad Archivum Actorum aptum adinveniant, facultatem dandum & concedendum esse duximus, prout damus & cócedimus Authoritate præsētis Synodi.

CAPVT XLVIII.

De Testamentis, ultimâ voluntate Clericorum, & rebus post obitum eorum derelictis.

UT langvoribus serò medicina paretur, primis obstandum principijs, ita, ut Domus Nostra nimirum anima, nulli jacturæ subjaceat, eandem prius infractis Ecclesiæ columnis, scilicet Sacramentis fulcire, & eidem disponere, & pro majori fundamento, Bona quæ Nobis à DEO sunt gratiosè concessa, fideliter ad normam Servi Ecclesiastici dispensare debemus. Proinde convenit universis & singulis, ut ante horam & diem mortis suæ prævenientes adhibeant media, per quæ Bona eorum ruinam & rapinam effugiant, & volun-

voluntas ipsorum quàm circa dispositionem suarum rerum temporalium adimpleri cupiunt, fiat manifesta. Ideoq; quemlibet Parochum in lecto ægritudinis decumbentem, Decanus vel Parochus vicinior visitet, ac ei omnem curam adhibeat, & si graviter decumbat, eidẽ Sacramẽta, tàm Eucharistiæ, quã extremæ Unctionis administret, totoq; ægritudinis tempore peculiarem circa illum solicitudinem agat & gerat. Idemq; (si Sacerdotem vel Vicarium non habuerit) vices ægrotantis per alium Sacerdotem suppleat, donec pristinæ restituatur sanitati, vel eo de vivis decedente, Ecclesiæ vacanti subveniendo, vicinior Parochus Commendam Officiosam à Nobis sive Officio Nostro, quàmprimùm procuret. Persvadeat præterea eidem ægrotanti, ut dispositionem Bonorum quantocyùs faciat, & qualiter eadẽ dispartiri velit exponat, prout sibi habet ex præscripto Constitutionum Provincialium indultum, eoq; fine ultimam voluntatem suam in scripturam redigat. Ut autem evitetur perplexitas & dubietas Testamentorum, volumus

Cõst Prov. lib. 3. de Testam.

ut

ut Clerici Teſtatores ad condenda ſua Teſta-
menta duos Sacerdotes ſi fieri poterit, vel ijſdem
deficientibus, alios Viros fide dignos, per quos
poſſit de ipſorum voluntate conſtare, advocēt,
Teſtamentumq; à ſe & Teſtibus ſubſcriptum
conſignari facient, eô modô, ſi Teſtamentum
in ſe contineat legata pia, tunc per duos Te-
ſtes, ſi fuerit diſpoſitio ad uſus profanos per
quatuor Teſtes ſubſcribatur ordinamus, quod ſi
verò ſcriptum fuerit Teſtamentum manu pro-
pria Teſtatoris, duos Teſtes ſufficere declara-
mus, niſi ex pia liberalitate plus legare volu-
erit. Præcavemus etiam, ne Teſtator circa con-
fectionem Teſtamenti, Hoſpitale Pauperum Sa-
cerdotum prætereat, verùm pro illis ex quota
pecuniaria duos florenos à quolibet Centum
exolvendos aſſignet, ordinamus & perpetuo ſta-
tuimus; Executores Teſtamenti ac ultimæ vo-
luntatis ſuæ, Viros probos ac conſpicuos non
autem lucri cupidos, avaros, aut de cupidita-
tis vitio ſuſpectos, invitet, ac per Teſtamen-
tum nominet, ac deputet. Quodſi verò eoſ-
dem Teſtator, aut portionem pro Hoſpitali pau-

Videatur fuſiùs in Conſtitutionibus Provincialibus

perum Sacerdotum prætermiserit, hujusmodiq; defectus per Nos Officiumq; Nostrum supplendus venit, idq; per assignationem Executorum & portionis præfatæ.

Executores per Testamentum rogati & deputati in dispositionem Bonorum Defuncti se nullatenus ingerant, nisi prius Inventarium derelictorum per se, & fide dignos Testes subscribtum confecerint, approbationemq; illius (quæ prævijs literis crydæ ex Cancellaria emanandis, & ex Ambona publicandis, sive Valvis Ecclesiæ affigendis fieri debet) à Nobis Officioq; Nostro procuraverint, vigilantiæ Decanorum relinquimus, ac de rebus ad Inventarium Ecclesiæ spectantibus Beneficiati disponât, sed res OEconomicæ inviolâtæ cum aliquo semper augmento consignentur Successori.

Executores calculum de perceptis & expēsis, rebusq; derelictis, ac tota supellectili Testatoris juramento comprobandū, in spatio in decreto approbationis per Nos sive Officiū Nostrū assignat, nulla expectata Citatione sub pœnis arbitrarijs faciant.

Quodsi

Quodſi verò aliquem inteſtatum decedere contigerit, extunc Decanus Loci acceptâ notitiâ, ſine ulla mora Inventarium rerum derelictarum fideliter ac diligenter in præſentia Teſtium (nihil ſibi appropriando ſub pœna excommunicationis ipſô factô incurrenda conſcribat & conſignet, ad Noſq; vel Officium Noſtrum remittat, quarum rerum diſpoſitionẽ ad mentem Conſtitutionum Provincialium faciendam, Nobis Officioq; Noſtro reſervamus.

Volentes autem deteſtabilẽ in omnibus tollere avaritiam, ſi quis poſt inteſtatũ Clericũ, Bona tàm mobilia quàm immobilia occupaverit, idẽ ultra excõmunicationẽ latæ ſentẽtiæ per Synodũ Provincialẽ promulgatã, Anathemati eouſq; ſuccumbat, quouſq; eadem Bona, Cenſus, fructus, Jura & alia emolumenta non reſtituerit, & deinde à Romano PONTIFICE, abſolutionem obtinuerit, quod ſi hic iniquus occupator, ejuſdem Eccleſiæ Patronus fuerit, ad quam inteſtatus Clericus deceſſerit, ultra prædictas pœnas Jure Patronatûs privatus exiſtat.

Cõc: Trid. Seſſ. 22. Cap. 11. Bulla Cœnæ Domini in Verbo qui juriſdictiones ſeu fructus redditus & proventus uſurpant. Item Cõſt. Prov. lib. 4 Tit. de Rapt.

CAPVT XLIX.

De Sepultura & taxa Funeralium.

LIcet quidem sponte & ultro oblata, Sacerdotibus accipiendi facultatem non præcludimus, ne tamen ob id, si nihil eis offeratur, se difficiliores aut inciviles in ministrando, cum molestia & scandalo interessentium exhibeant, quinimò magis lucrum Animarum quærant, quàm post aurum abeant. Proinde Processum super taxa funeralium à Nobis *Annò* 1735. *Die* 18 *Octobris* emanatum, ad ungvem observari volumus, ut videlicet ab hominibus vilis & agrestis conditionis, utpotè ColonisPatres-familias agentibus,exceptis cmethonibus & Uxoribus eorum ditioribus, à loco Sepulturæ, non plus, quàm *quatuor* Florenos, à Pauperibus verò Florenos *duos*, à famulantibus & Infantibus per Florenum *unum*, à pulsu autem Campanarum, tàm à ditioribus quâ pauperibus, pro singula vice per grossos *quindecem* Polonic: ad summum verò *Octodecem* (nisi quod ubi majores sunt Campanæ, à pluribus pro pulsu trahendæ, debeat plus accipi pro qua-

libet

libet vice, ne fortè ob facilitatem pretij omnibus pulſum illarum prætendentibus cito deſtruantur, quæ cum tanto labore & ſumptu ſunt comparatæ) *Admodùm Reverendi* Parochi percipiant, ſub pæna dupli refundendi, & alijs arbitrarijs in caſu contraventionis eidem Ordinationi Synodaliter decernimus. Porrò ſicuti per hanc Noſtram declarationem, non præfigitur Dominorum Sæcularium liberalitati & generoſitati terminus, ita nec Sacerdotibus laxatur licentia, ſupra aſſignatam quantitatem ab ijs, qui verè non habent, unde juxta Statum ſuum reddant, indiſcretè ad noviſſimum uſq; quadrantem exigendi. Evenit ſæpiſſimè inter rudis conditionis homines, quod in prandijs & convivijs funeralibus, loco ſuffragij Animæ demortui, ſcandala & offenſæ Divinæ ex luxuria & ebrietate perpetrantur, agreſtes quoq; exinde depauperantur, proinde ejuſmodi prādia & comeſſationes, uti offenſæ Divinæ occaſionem inhibemus, & à Dominis Hæredibus Bonorum inhibenda demandamus, utq; potiùs id, quod pro hiſce cōvivijs expēditur, in ſuffragiū Animæ diſponatur commendamus. Quo-

Quoniam verò inter Parochos & OEconomos Ecclesiæ, his & controversia respectu funeralium intercedit, statuimus ut duæ partes cedant Parocho, tertia verò in rem Ecclesiæ ad Carbonam per Victricos reponatur. Quartam verò partem Funeralium, sufficienter sub titulo de Regularibus expositam, observare sub nexu & rigore Sacrorum Canonum & Bullarum Summorum PONTIFICUM volumus, ex eadē semper persolvendo solitum concernens ad dispositionem Victricorum. Declaramus insuper, quod Parochus super cadaveribus, quæ alibi, intra tamen fines illius Parochiæ tumulantur, Officium funebre cantare & absolvere debeat, non autem quispiā alius, nisi fortè ejusdem Parochi accesserit permissio, à tumulantibus impetrata, resolvimus. Cum quoq; sæpè contingit per Colonos agrorum assignari exstantibus liberis Inventarium, ne per id depauperentur Successores & Pupilli derelicti, congruentiùs pro eodem componere, quàm Inventarium illud recipere Parochis observandum ordinamus.

Monacel For. Pract. tit. 13. n. 70

CAPUT

De Anno gratiæ.

NOlentes Provinciale Statutum, de Anno Gratiæ Authoritate *fel. record.* LEONIS X. Pontificis Maximi confirmatum, indubium à practicis vocari, & malis artibus interpretari, ac labefactari, illud in omnibus punctis in præsenti Synodo reassumimus, quod scilicet quilibet Prælatus, Canonicus, Altarista, Plebanus *&c.* & quocunq; titulo Beneficiatus Curatus, & non Curatus, in Nostra Diœcesi si moritur in primis Mensibus, Anni incipientis à CIRCUMCISIONE Domini habet quartam partem omnium redituum, juxta rerum valorem suorum Beneficiorum sed Successori frumenta æstivalia relinquat ad seminandum prædium. Si in tribus Mensibus 2dis habet medietatem, si in tertijs tribus Mensibus, habet tres partes de frumentis hyemalibus, ad quantitatem prædij non seminati Successori relictis, sed in residuis Mensibus habet totum, eandem repartitionem etiam ad Beneficia post resignationem, sive quocunq; aliô titulô vacantia

Bulla Leonis X. 1515 *edita.*

Cōst. Prov. lib. 4. *&* 3.

tia extendi, & obſervari debere declaramus. Cùm verò ſæpiùs contingat, per Succeſſorem in Beneficium accordari cum ſuo antecedaneo Poſſeſſore ejuſmodi Anni concernentiam, cujus quotæ; videlicet quarta, media ſeu dimidia, Tertia fructuum Pars, ſiquidem non debet exigi ſecundùm rigorē, ſed ex æquo & bono, vel juxta conſvetudines in loco ſervatas & practicatas, proinde obviando, ne ſub hoc prætextu deteſtabile & Capitale vitium ſimoniaca labes tranſigentes contaminet, Authoritate præſentis Synodi ſtatuimꝰ, ut præfatæ accordationes pro Anno gratiæ, nonniſi in præſentia Decani Foranei, in cujus Decanatu Beneficium ſituatum eſt, & cujuſdam vicini Parochi ab Officio deputandi fiant, ac manu ipſorum ſubſcribantur, ac demum intra ſpatium unius Menſis, poſt actum Inſtitutionis per aſpirantem ad Beneficium, coram Nobis, ſive Officio Noſtro Ordinario exhibeantur. In contra faciendo in præmiſſis, accordationem ſive compoſitionem Anni gratiæ faciendam, pro nulla & irrita declaramus.

CAPUT

CAPUT LI.

De Duellis.

UT Verbis *S. Concilij Tridentini* in hoc publico consessu loquamur, palam dicimus, quod detestabilis Duellorum usus, fabricante diabolo introductus, ut cruenta Corporum morte, animarum etiam perniciem lucretur. Et tamen plurimi Duella peragunt, ad quæ non ratio urget, non honor stimulat, sed ille memoratus fabricator diabolus invitat, tàm turpe scelus justum est, ut Christiano Orbe (ergo & ex Nostra Diœcesi) penitus eliminetur: justum ut à non rara inferni acie digno certamine in perniciem evidentem ruentia subjecta desistant. In cujus abominationem, & veriùs terrorem gladium evaginamus Petri, excommunicationem nimirùm, & inhærendo dicto *S.Concilio*, promulgamus, pœnam infamiæ perpetuæ in tales, & ut Homicidas juxta *SS. Canones* puniri debere declaramus. Si verò in ipso conflictu decesserint, perpetuâ careant sepulturâ. Illi etiam (verba *Concilij*) qui consilium in Causa Duelli, tàm

Cõc. Trid. Sess. 25. cap. 19.

Trid. 1. c.

Idem. 1. c.

in Jure quàm facto dederint, aut alia quacunq; ratione ad id cuiq; ſvaſerint, necnon ſpectatores excommunicationis aut perpetuæ maledictionis vinculo teneantur, non obſtante quocunq; privilegio, ſeu prava conſvetudine, etiam immemorabili. Et inſuper ut tàm deteſtabile facinus, legis executioni rariſſime ſubjectum, quàvis Conſtitutionibus Regni prohibitum, modernìs temporibus fore continuum, vix non in Eccleſijs per maleſanas mentes cæptum & perfectum ab omnibus evitetur, in fundamento S. Eccleſiæ Decretorum, quæ tàm publicam quàm privatam Monomachiam damnaverunt & pœnas contra duellantes ſanxerunt, duelli crimen in foro contentioſo Officio Noſtro facultate judicandi permiſſâ, in foro verò Conſcientiæ Sedi ſolummodò Apoſtolicæ, vel Nobis ex ſpeciali facultate reſervamus, ſublatâ abſolvendi in interiori omnibus Pœnitentiarijs, & Confeſſarijs tàm Sæcularibus, quàm Regularibus quibuſcunq; qualitercunq; competenti facultate & poteſtate.

Leo X. *Conſt.* 31. Pius IV. *Conſt.* 21. Gregor: XIII. *Conſt.* 78. Clem: VIII. *Conſt.* 11.

CAPUT

CAPUT LII.

De Hæreticis.

DE illis nihil novi ſtatuendum duximus, cùm abundè ſufficiant, quæ olim ſtatuta ſunt, adimplendum. Illud tamen præcuſtoditum omnibus volumus, quod Apoſtolus ad Romanos, id eſt ad Romano Catholicos illoſq; principaliter Presbyteros ſcribit, & cum ſeverè prohibuiſſe potuiſſet, Paternè tantum admonuit: *Rogo Vos Fratres, ut obſervetis eos, qui diſſenſiones & offendicula propter doctrinam quam vos didiciſtis faciunt, & declinate ab illis, hujuſcemodi enim non CHRISTO ſerviunt, ſed ventri, & per dulces ſermones ſeducunt corda innocentium.* Ab his igitur Vobis tanquàm à dulci cavendum veneno, niſi intoxicari velitis. Sed quorum cura ſalutis animarum eſt, in illud incũbant unicè, ut illis viam rectam ad ſalutem, quâ verbô, quâ exemplô commonſtrent, præciſa familiari conſvetudine, ne huic aſſveti, illorum illecti lenociniĳs, incautè ſeducantur; quod ipſum commiſſo ſibi gregi, unicè com-

Ad Romanos Cap: 16.

 men-

mendabunt. Nec pro Patrinis prolium Catholicarum ullatenùs admittant, nec in Hæreticorum fanis, eorum aſſiſtant devotionibus. Fana illorum de novo erigi jam per Conſtitutiones Regni vetitum eſt, liberos ſuos Scholas illorum frequentare omninò prohibeant, *tàm ab ipſis novas Scholas erigi minimè concedant.* Et ſi quid in contra illos moliri adverterint, ſeſe dextrè, prudenter, illorum conatibus impediendis opponant, Nobis vel Officio Noſtro citra moram attentata vel attentanda deferendò. Verbô, ſi ſalubriter ſibi commiſſo gregi (ut debent & obligantur) providere volunt, illud monitum Salvatoris Noſtri, ſummiq; Paſtoris CHRISTI præ oculis habeant: *Attendite à falſis Prophetis*, ne aliàs notam mercenarij incurrant, ſtrictam DEO rationem de malè cuſtodito grege reddituri.

Matth. 7. v. 15.

Super manifeſto Orthodoxæ Fidei Romanæ præjudicio, per Pſeudominiſtros Sectarum, aliquoties nefario auſu in libero Regno Catholico practicato, in hoc congreſſu ſufficientiſſimis documentis remonſtrato, condoluimus, quòd

quòd dicti Pseudoministri prolem ex uno, vel duobus Parentibus Catholicis procreatam, ab eadem Orthodoxa Fide salutari avocare, falsisq; dogmatibûs instruere, ac demùm in suam Sectam inducere præsumunt, quàm sicuti nocivam scintillam extingvere, illudq; noxium amovere & tollere in animo desideramus, ita prospiciendo ampliationi Fidei Romanæ Catholicæ, salutare ad id medium in præsenti Synodo adinvenimus, ne unquàm in hac Diœcesi Nostra Pseudominister, suæ Sectæ asseclas, ad assertitiam cœnam sui ritûs admittere audeat, nisi priùs accedens à Parocho proprio sive Præposito legitimo Catholico Romano, sub cujus Parochia is idem Diffidens deget (cui Parocho inter Oves, hædos discernere incumbit) cedulam nunquàm denegandam produxerit & exhibuerit, pro qua in recognitionem, Ecclesiæ Parochialis titulô denarij S. Petri in multis Parochijs à Romano Catholicis usitati, & per multos etiam Hæreticos observari soliti, tres grossos Polonicales, pro Paschate annuatìm, sine ulteriori extorsione exolvat, alijs verò

vici-

vicibûs, ſemper gratis dicta cedula extradetur, ſub pœnis arbitrarijs tàm contra Pſeudominiſtrum, quàm communitatem ſuæ Sectæ, pro incontinentia ejuſdem in caſu contraventionis irrogandis, Authoritate Synodi ordinamus. Ne verò per dictas cedulas, error Sectarum approbari videatur, Formam ejuſdem in hæc verba præſcribimus, *NN. Annò currenti, Eccleſiæ meæ exolvit denarium Petri*, deniq; Nomen & cognomen ſubſcribatur Parochi. Quodſi verò inter Conjuges, diverſæ ut ita dicam Religionis, reſpectu educandæ prolis Contractus intercesſerint, eoſdem factos, & inpoſterùm faciendos, juxta ſalutaria variorum ſubſelliorum præjudicata, uti illicitos, annullamus, annihilamus, & tollimus. Prolem verò utriuſq; ſexûs ex duobus, vel uno Parente Catholico procreatam, ſive procreandam, in libero Regno Catholico, nonniſi Catholicam fieri debere declaramus. Cum verò innatum eſt Hæreticorum perverſitati, quò pluries cum querimonijs acſi de gravaminibus ingemiſcunt, eò magis Fidei Romanæ Catholicæ præjudicare inten-

intendunt, prout ex relatis Actorum Visitationis Diœcesis experti sumus, & Dominæ gentis, serva advena, præesse, obesse, & non subesse conatur, dum videlicet blandè intrando, multis in locis ex Schulmagistris sibi constituit formales Pseudoministros, qui nunquam ibidem exstiterant, vel ubi unicus tantum tolerabatur Prædicautius, nunc numerus illorum in turbido tempore hostilitatis ad duos, vel tres est auctus. Quo circa Senioribus & communitatibus Sectarum Lutheranæ & Calvinianæ inhibemus, ne mortuô Pseudoministrô, alium ad suum Fanum, item Rectores ad Gymnasia suscipere, vocare audeant, donec priùs Privilegia sua cum Jure Regni & Constitutionibus confrontanda, utrùm ipsis non derogent, coram Nobis vel Officio Nostro producant, alioquin Nos & Officiales Nostros contra ipsos ad mentem Constitutionis Regni *Anni* 1717. tùm contra ipsorum Protectorès, uti de Fautoratu suspectos, processuros declaramus. Si quid verò obreptitiè vel subreptitiè in Visitationibus, sive à Parochis privatis, in scripto contra legem

gem expressam obtinuerint, de insubsistentia & nullitate ipsorum, protestatione per præsentem Synodum facta, minimè præjudicare juri posse pronuntiamus. Universos verò Dominos temporales sub obtestatione Divini Judicij obsecramus, ne temporalia quærentes, in- incidant in laqueum, per implantationem Hæreticorum, qui in novis Colonijs quatenùs nonnisi Scholiregas foveant, & conservent Catholicos, ut supra injunctum est, nulla verò conventicula jure positivo vetita instituant, rigorem præallegatæ Constitutionis ab omnibus observari volumus.

Recuperationem verò Ecclesiæ Parochialis in *Kręsko* per Hæreticos profanatæ, & per olim *Admodùm Reverendum* MATHIAM GRYCHCINSKI, Ecclesiæ Parochialis *Kosieczynensis* Curatum, piô & laudabilî zelô in Judicijs Tribunalitijs Regni jure evictæ, (prout in desiderijs Decanatûs *Zbąßynensis* continetur) modernus Curatus, ut ad effectum ulteriori processu deducere procuret, ipsum obligamus, & Nos tàm eidem, quàm alijs pro demolitione Fano-

rum

rum contra Conſtitutiones Regni recenter exſtructorum, & ex privatis ædificijs reformatorum agere volentibus, auxilio Juris & legis adesse appromittimus, aliaq; Decreta tàm Tribunalis Regni, quàm prædeceſſorum Noſtrorum varijſq; in ſubſellijs de demoliendis Fanis prolata, debitæ executioni demandari, omni conatu ſatagemus.

Nobilem Magiſtratum Poſnanienſem obſecramus in Domino, quatenùs obſervando pia reſcripta & Privilegia Regia, Decreta & Mandata ejuſdem Regiæ Majeſtatis, ne Diſſidentes Incolas ad Officia, Senioratus Contubernales, ſub obteſtatione Divina admittere patiantur, neq; ipſi admittant, nec Contubernia ab Hæreticis immunia, ad ſuſcipiendos eoſdem quovis prætextu, & quæſito colore cogant, quinimò in Contubernijs, ubi exiſtunt Hæretici, numerum eorum diminui, & Catholicorum augeri procurent, ſub ſeria animadvertentia pro contraventione per Nos Officiumq; Noſtrum habenda.

Decretum Regis Caſimiri ſub Torun Anno 1656. Die 20 Novẽbris latum in Caſtro Poſnanienſi Feria 5. poſt Feſtum S. Luciæ eodem Anno oblatũ. Itẽ Privileg: Joannis Caſimiri 1658.

CAPUT LIII.

De Judæis.

QUod perfida gens hæc & inimica DEO tùm in alijs Regnis, tùm paſſim in Noſtro, imò ubivis locorum toleretur, imò in dies, radices ſuas figat fortiùs, ex eo ſupponimus, quòd radix ſuſtineri debeat propter venuſtatem Floris Noſtri Domini JESU Christi, qui ex hac gente pullulavit. Converſi aliquando ſua Eccleſiæ dederunt fundamenta & principia, operæ videtur pretium eorum etiam finis meminiſſe: tunc reliquiæ Iſràëlis ſalvabuntur. Commorantur Nobiſcum, & memoriam refricant Paſſionis, noſtra intereſt his urgeri ſtimulìs, ad tàm Sanctam mentionem, hanc diſperſam diſperſis, in pœnam colligi Sanctiſſimum exercitium. Ejus fidei cujus ſunt hoſtes capitales, Teſtes habemus inquilinos, diſtrictæ Divinæ Juſtitiæ vivas Icones. Quid multis? quamvis fœdè Nobis oleat hæc colluvies, ex neceſſitate tamen quadam, fabricata virtus thura ſacrificet pietati eſt neceſſum; ita ex ſcoria aurum eruitur, ex vepribus colligun-

tur rosæ, ex lutosis Tagi littoribus, uniones?
Cæterùm quia quotidianâ praxî & experientiâ compertum habemus, illos pravorum exemplorum malitiâ, in Fidem sævire Christianam, ideò nè aliquid dissimulatione, narrata laude tumentes illa agere præsumant, quibus sese sacrilegè faciunt commendatos, Anathematis Divini, quô percussi sunt, memores, à Nobis pro fulmine sentiant, quæ statuimus, in eoq; observando omnes RR. Parochos Nostros, & universum Clerum obligamus, ut eorum quæ circa illos proponimus, Executores sint fideles. Itaq; sancitis Sacrorum Canonum inhærendo, tùm Regni Constitutionibus, & vel maximè secuturis inposterùm sceleribus ac scandalis obviando, mandamus; nè ulla puella vel alia mulier Christiana ad Officia & famulatus Judœorum se conducere, immiscere, aut eorum mandatis subjacere audeat & præsumat, multò magis nutricem agat prolis infidelis.

Cap. Consuluisti de Judæis 1. & 2.

Providentes tamen hospitum commoditati, si quos ad eorum domicilia aut diversoria divertere contigerit, quinquagenariam de hone-

ſtate morum, Chriſtianæ vitæ probitate, Parocho Loci benè notam, & ab eodem examinatam, vel etiam Virum ſedatum & probum, pro hac ſolummodò neceſſitate, concedimus ac indulgemus.

Cap. 1. & 2. item Cap. ad hæc & conſuluiſti & aliјs eodem.

Vetamus præterea, nè Chriſtiani in eadem Domo cum Judœis maneant, aut habitent, nec eorum aſyma comedere, aut in eodem convivio, nuptijs, balneis, verſari, ſaltare, aut tripudiare præſumant. In Proceſſionibus publicis, ſive intra Octavam *Sacratiſſimi* Corporis CHRISTI, ſive Die Paraſceves, tùm etiam in privatis deportationibus *Sacratiſſimæ* Euchariſtiæ ad infirmos; quamprimùm id adverterint, ſibiq; approximari conſpexerint, illicò recedent procul, & intra Domos ſuas ſe recipiant & confugiant, clausîſq; oſtiîs ac feneſtrîs finem Proceſſionis præſtolentur.

Cõſt. Provinc. l. 4. de Judæis.

c. quàito ext. de uſur.

Tenebuntur ijſdem Præsbyteris, ſeu Parochis, intra quorum juriſdictionis Spiritualis manent limites, omnes proventus & damna reſarcire, idq; pro eo: quòd Chriſtianorum loca occupaverint, juxta conſvetudinem in quantitate

Cõſt. Prov. l. 4. de Jud.

com-

compenſare. Synagogas novas, præſertim ex muro, amplioreſq; Domibus Catholicorum non extruent, neq; ædificabunt, neq; ab antiquo extructas, & ad præſens collapſas reſtaurabunt, ſed tantùm cum ſcitu Noſtro ſeu Officij reficient, Feſtos & Dominicos dies laboribûs & operibûs ſuîs non violabunt, multò magìs opera Chriſtianorum ære aut promiſſis conductis facient violari. In deportatione ſuorum mortuorum illum morem ſervabunt, qui antiquitùs eſt ipſis permiſſus; videlicet ut illorũ cadavera, ſecretò, clàm, & ſine ulla proceſſione deducantur, Catholicîs ad cuſtodienda & effodienda ſua ſepulchra utentur minimè, in quibus omnibus ad ungvem obſervandis obteſtamur RR. Parochorum vigilantiam, ut & ipſi caveant, & omnes præmoneant cujuſcunq; ſint Statûs & conditionis, ne ſuis in Oppidis aut Villis, ab illis quidpiam his ſtatutis derogetur. Item nè illis aliquod Officium aut Juriſdictio in Catholicos committatur, aut conferatur. Si qui verò tàm peverſi, ac in animo obſtinati inveniantur, qui ſeu pecuniæ avaritiâ illecti,

Cap. Conſuluiſti de Judæis Cap Judæi hoc tit.

Cōſt. Prov l. 4. de Jud.

Itē ſtatutū Sigiſmū-di l. *Crac. Annô* 1538.

ſilecti, ſeu ſeducti aliô modô fuerint, fecerintq; contrarium, eoſq; foverint, aut defenderint, illi ſciant ſe tanquàm Sacrilega profana, & putrida membra Eccleſiæ DEI, cenſuram excommunicationis incurſuros, quòd nè eveniat, vigore Ordinationum Canonicarum, tum quoq; Regni Conſtitutionum, univerſos Hæredes, Poſſeſſores, ac Dominos Civitatum, Oppidorum, Villarum, ut conſequantur benedictionem Dominicam in Filios Filiorum ſuorum, omnia Authoritate præſentis Synodi circa illos ſtatuta & cauta debitæ executioni demandare requirimus, propter animæ ſuæ ſalutem, monemus, hortamur, & obſecramus.

CAPUT LIV.
De Sagis & Maleficis.

MUltâ experientiâ didicimus, quòd Magiſtratûs Sæculares in Oppidis, imò in quibuſdam Villis, homines plerumq; rudes & indocti, Judicium ſibi & poteſtatem in Sagas & Maleficia, ex meris ſuſpici-

ſpicionibus (prævió vanô & illegitimô, alicujus ſimplicis ruſtici Delatoris juramentô) uſurpent & vendicent, eaſq; variìs torturìs, tùm quoq; illicitìs per aquas probationis modìs explorent, tùm demùm omni genere tormentorum, aduſtionis, equulei, excrutiari, tùm miſerabiliter comburi præcipiant. Unde plerumq; evenit, multos & multas diffamari, ac perconſequens innumeris penè ac infinitis odijs ac diſſenſionibus, perſecutionibus exponi & innodari minimè perpendentes, quod ex ſolis ſuſpicionibus nemo puniri debeat, & quod ſanctiùs eſt impunitum relinquere, ſi plenè facinus non probatur, quàm damnare innocentem, cujus ſanguis vindictam clamet & efflagitet. Proinde cum evidens ſit, tùm ex Jure Canonico, tùm ex Statutis Regni, ejuſmodi cauſas ad Forum Spirituale pertinere, quia talium objectorum, & criminalis delationis cognitio, ex ſe difficillima per Theologos & Juriſperitos priùs diſcutiatur. Obviando inpoſterùm ejuſmodi inconvenientijs & abſurdis, Authoritate Synodi præſentis, omnibus Magiſtratibus Sæcularibus inhi-

inhibemus, nè immediatam in ejuſmodi Cauſis ſibi Juriſdictionem prætendant, ſed eaſdem priùs ad Nos Judiciumq; Noſtrum, ſeu Officialis Noſtri Generalis diſcutiendas & examinandas remittant; quod quidem Officium Noſtrum, aut Officiales Noſtri, quod juſtitiæ fuerit, diſcernent, & ſi opus ſit Judicio ſæculari, prudenti, & docto, negotium ejuſmodi pro ulteriori proceſſu remittere non different.

Cōſt. Sigiſmũdi *Reg. Crac. Annô* 1543. *in ſtat. Herburti tit. ſpeciales.*

Decr. Aſſeſſor. Annô 1672. *Feria 2. poſt Feſtum* S. Jacobi Ap *Itẽ* 1673. *aliud in craſtino* S. Ægidij.

CAPUT LV.
De Excommunicatione.

EX præſcripto veteris Eccleſiæ, & SS. Canonum, Excommunicatio inſtituta non ad inferendam mortem, ſed ad ferendam medicinam, quæ adhibeatur circumſpectè, nè vileſcere aut contemni videatur, & tunc nonniſi hic gladius Eccleſiaſticus in Juri rebelles & duras cervices evaginandus venit, ut reſipiſcant, convertantur ad unionem Chriſti fidelium, & vivant, cùm res aliter evinci non poteſt. Ut igitur verò hanc Juſtitiæ diſciplinam Chriſti

Lutom. *Ecclesia Parochialis non Consecrata.* Parochus *Michaël Kłockiewicz.*

Łęſzcze. *Eccleſia Parochialis non Conſecrata.* Curatus *Iacobus Modulſki.*

Chrzypſko. *Eccleſia Parochialis Conſecrata.* Parochus *Caſimirus Paczkowſki.*

Biezdrowo. *Eccleſia Parochialis Conſecrata.* Curatus *Martinus Moſzczeńſki.* Vicarii *Mathias Medkowſki & Staniſlaus Gızińſki.*

Decanatus Grodecenſis.

Grodźiſk. E*Ccleſia Parochialis Conſecrata.* Præpoſitus MARTINUS FAUSMAN. Concionator *Iacobus Molińſki.* Altariſtæ *Antonius Węgrzyńſki, Petrus Chodzyńſki, Paulus Grzybowſki.* Vicarius *Alexius Błachowicz.*

Item *Eccleſia Hoſpitalis S. SPIRITVS Conſecrata.* Præpoſitus *Albertus Karwacki.*

Item *Oratorium S. ANNÆ noviter extructum, non Conſecratum, ſpectat ad Eccleſiam Parochialem.*

Kamieniec. *Eccleſia Parochialis Conſecrata.* Curatus *Iacobus Ryczkowſki Decanus Foraneus Grodecenſis.*

Opalenica. *Eccleſia Parochialis Conſecrata.* Curatus *Gabriel Białkowſki.* Vicarius *Ioannes Fluderkowicz.*

Miecherzewo. *Eccleſia Parochialis Conſecrata.* Parochus *Iacobus Kozicki.*

Bukowiec. *Eccleſia Parochialis non Conſecrata ſuo Rectore caret.*

Doko-

Dokowy. *Ecclesia Parochialis Consecrata.* Rector *Casimirus Zagorski.*

Ptaszkowo. *Ecclesia Parochialis Consecrata.* Parochus *Paulus Murkowski.*

Gronowo & Drużyn. *Ecclesiæ Parochiales non Consecratæ.* Parochus *Ioannes Wierzalski.*

Konoiad *Ecclesia Parochialis Consecrata.* Curatus *Ioannes Ryżycki.*

Łęki. *Ecclesia Parochialis Consecrata.* Parochus *Iosephus Snowadzki.*

Parenczewo. *Ecclesia Parochialis non Consecrata.* Parochus *Stanislaus Brodnicki.*

Wielichow. *Ecclesia Parochialis Consecrata.* Curatus *Perillustris Petrus Prażmowski Canonicus Cathedralis Posnaniensis.* Altarista *Ioannes Wielichowicz.* Vicarius *Thomas Czarczyński.*

Ibidem *sunt duo Oratoria, unum B.M.V. Consecratum. alterum S. VALENTINI non Consecratū.*

Prochy. *Ecclesia Parochialis non Consecrata.* Parochus *Thomas Iakiewski.*

Rakoniewice. *Ecclesia Parochialis non Consecrata.* Parochus *Ioannes Kosmalski.*

Gosciefzyn. *Ecclesia Parochialis Consecrata.* Curatus *Martinus Michałowicz.*

Kembłowo. *Ecclesia Parochialis non Consecrata.* Parochus *Michaël Dutkiewicz.*

Ibidem

Ibidem *est Oratorium S. LAVRENTII non Consecratum.* Rector *Ioannes Asterot.*

Wolsztyn. *Ecclesia Parochialis non Consecrata.* Curatus *Ioannes Kozłowski* Altar: & Vicar: *Bernardus Teuzer.*

Komorowo. *Ecclesia Parochialis de novo ædificatur.*

Ibidem *est Ecclesia S. SPIRITVS*, Rector *Martinus Ruski.*

Miałek. *Ecclesia filialis Ruinosa.*

Obra. *Ecclesia Parochialis Consecrata.* Parochus *Cantius Męczyński Professus Obren. S.O.C.*

Silec & Tuchorze. *Ecclesia Parochialis non Consecrata.* Parochus *Stephanus Iozefowicz Professus Obrensis.*

Ruchocice. *Ecclesia Parochialis* [illegible] *Consecr.* Parochus *Mathias Płaczkowski, ideq.* Comm. *Eccl. Zielecinensis.*

Gnin. *Ecclesia Parochialis nova erigitur, cui affiliata est Ecclesia Parochialis Iabłonensis non Consecrata.* Parochus *Iacobus Moliński.*

Kopanica. *Ecclesia Parochialis Consecrata.* Præpositus *Iosephus Kowalski Canonicus Varsaviensis.* Vicarius *Stanislaus Moczyński.*



AP-

APPENDIX SYNODI.

BREVE
De ſolvendis Decimis per Regulares.

INNOCENTIUS PP. X.

Ad futuram rei memoriam.

NUper pro parte Venerabilium Fratrum, Archi-Epiſcoporũ & Epiſcoporũ, necnõ dilectorũ Filiorũ totius Cleri Regni Poloniæ, per dilectũ etiam Filium *Matthæum Joannem Judicki Archidiaconum Pomeraniæ* nuncupatum in Eccleſia *Vladiſlavienſi*, ejuſdem Cleri in Romana Curia Agentem, quod aliàs & ſub *Die* 17 *Junij* Anni proximè præteriti 1645 in Cauſa Decimarum ejuſdem Regni, à Venerabilibus, etiam Fratribus Noſtris S. R.E. Cardinalibus Sacr. Conc. Trid. interpretibus emanavit Decretum, quod Nos ſubinde ſub *Die* 31 *Menſis Julij* Anni ejuſdem in Conſiſtorio Noſtro ſecreto approbavimus, tenoris qui ſequitur, videlicet: *In Cauſa Decimarum Regni Poloniæ* Die 17 Junij 1645. *Sacra Congregatio Eminentiſſimorum Cardinalium Conc. Trid. interpretum iterũ atq; iterum auditis Regularibus & præcipuè Patribus* Societatis JESU *eorumq; Juribus, & Privilegijs maturè diſcuſſis, cenſu-*

censuit, ab eisdem Patribus & alijs Regularibus solvendas esse Parochis, & alijs Beneficiatis Regni Poloniæ Decimas, quæ solvebantur à Laicis, prius, quàm bona in ipsorum Patrum & aliorum Regularium proprietatem fuerunt translata; firmis tamen remanentibus transactionibus desuper factis. Quod Decretum emanavit prævia exhibitione factâ, ab ipsis Patribus, cui etiam Decreto postea consenserunt, prouti & agens Cleri Regni Poloniæ. Die *verò* 31 Julij 1645. *Sanctissimus Dominus Noster, Eminentissimo Cardinali Præfecto referente in Consistorio approbavit.* Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, exponentes præfati Decretum præinsertum, quò firmiùs subsistat, & exactiùs observetur, Apostolicæ Nostræ confirmationis Patrocinio communiri summoperè desiderent. Id circò Nos eosdem exponentes specialibus favoribus & gratijs prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis suspensionis & interdicti alijsq; Ecclesiasticis sententijs, censuris & pœnis, à Jure vel Homine, quâvis occasione vel Causâ latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium duntaxat consequendum harum serie absolventes & absolutas fore censentes, supplicationibus illorum Nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum Apostolicâ Authoritate tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illiq; inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adijcimus, & omnes ac singulos, tàm juris, quàm facti defectus, si quô desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, salvâ tamen semper Authoritate Congregationis eorundem Cardinalium, decernentes, præsentes literas validas, firmas & efficaces existere & fore, suosq; plenarios & integros effectus sortiri & obtinere & ab omnibus & singulis, quos illæ concernunt inviolabiliter & inconcussè observari, sicq; per quoscunq; Judices ordinarios & Delegatos,

 tos,

ros, etiam Causarum Palatij Apostolici Auditores judicari & definiri debere, ac irritum & inane, si secus super his à quoquam quâvis Authoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Quò circa dilecto filio Nostro & Sedis Apostolicæ in eodem Regno pro tempore commoranti Nuntio, per præsentes committimus & mandamus, quatenus ipse, per se vel alium, seu alios, præsentes literas & in eis contenta quæcunq; ubi & quando opus fuerit ac quoties pro parte exponentium præfatorum, seu alicujus eorum desuper requisiti fuerint, solenniter publicatis, eisq; in præmissis efficacis defensionis præsidio assistens, faciat, Authoritate Nostra illos præmissorum omnium commodo & effectu pacificè frui & gaudere. Non permittentes illos desuper à quoquam quâvis Authoritate quomodolibet molestari contradictores quoslibet & rebelles, ac præmissis non parentes, per censuras & pœnas Ecclesiasticas aliaq; opportuna juris & facti remedia, appellatione postpositâ compescendo legitimisq; super his habendis, servatis Processibus, sententias, censuras, & pœnas ipsas etiam iteratis vicibus aggravari, invocatô etiã ad hoc si fuerit opus, auxilio brachij sæcularis. Non obstantibûs quatenus opus sit felic. recor. BONIFACIJ Papæ VIII Prædecessoris Nostri de una, & in Conc. generali edita de duabus dietis, dũmodo ultra tres dietas aliquis Authoritate præsentiũ in Judiciũ non trahatur, alijsq; Cõstitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, necnõ ipsius Societatis, aliorũq; Regulariũ Ordinũ, etiã juramento, cõfirmatione Apostolicâ vel aliâ quâvis firmitate, roboratis Statutis & cõsvetudinibus, Privilegijs quoq; & indultis, & literis Apostolicis ipsi Societati alijsq; Regularibus Ordinibus, seu Institutis præfatis, illorũq; Domibus etiã Professis, Collegijs, Monasterijs, & alijs locis Regularibus, sub quibuscunq; verborum tenoribus & formis, ac cum quibus

etiam

etiam derogatoriarum derogatorijs, alijſq; efficatioribus & inſolitis clauſulis, irritantibuſq; & alijs Decretis in genere, vel in ſpecie, in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & ſingulis, etiam ſi de illorum eorumq; totis tenoribus ſpecialis, ſpecificata, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret; illorum omnium & ſingulorum, tenores præſentibus pro plenè & ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum ſpecialiter & expreſsè derogamus. Cæteriſq; contrarijs quibuſcunq;. Datum Romæ apud S. PETRUM ſub Annulo Piſcatoris *Die XXI Februarij. Annô MDCXLVI.* Pontificatûs Noſtri *Annô II.*

M. A. Maraldus.

CONSTITUTIO INNOCENTIJ XII.

Regulans ſe ad Ordines.

INNOCENTIUS EPISCOPUS, Servus Servorum DEI.

Ad perpetuam rei Memoriam.

SPeculatores Domûs Iſràël, quæ eſt Sancta DEI Eccleſia, per ineffabilem Divinæ bonitatis abundantiam conſtituti, eò potiſſimùm ab ipſis Pontificatûs No-

ſtri primordijs, Paſtoralis vigilantiæ Noſtræ ſtudia convertenda eſſe duximus, ut qui in Sortem Domini vocantur, ſacriſq; addicuntur Miniſterijs, quippè quos irreprehenſibiles eſſe convenit, ut præeſſe valeant corrigendis, ac in quos, tanquàm in ſpeculum oculos reliqui conjiciunt, ex ijſq; ſumunt, quod imitentur, tales ſint, qui dignè poſſint Dominica Sacramenta tractare, ac ædificent cunctos, quàm Fidei ſcientiâ, quàm operum diſciplinâ. Sanè hoc inito conſilio, non alios, quantùm fieri poteſt, quàm qui in ſanctitate & juſtitia, per ordinatiſſimos Eccleſiaſticæ militiæ gradus, ſtatis intervallis ambulaverint, ac piè & fideliter in miniſterijs anteactis ſe geſſerint, ad Sacerdotium aſſumi, Sacraſq; Ordinationes, juxta priſcum Eccleſiæ morem, præſcriptis à Jure temporibus, orationi & jejunio conſecratis haberi cupientes, ſeveriorem quandam in concedendis Indultis ſuſcipiendi Sacros Ordines extra tempora hujuſmodi, & Interſtitijs ad id deſignatis, minimè ſervatis ultrò Nobis propoſuimus adhibendam rationem, quâ videlicet ſervatâ, ante meritum laboris, ante tempus examinis, ante experientiam diſciplinæ, Sacerdotalis honor non probatis minimè tribuatur, nec unquàm heri Sacrilegi, hodie Sacerdotes, hodie Sacrorum Antiſtites, veteres vitiô, virtute rudes, & recentes Diſcipuli, ſimul ac Magiſtri pietatis creentur; ſed ij tantùm juxta conſtitutas à majoribus Leges, ab humili gradu fidelis Populi ad ſacrarum adminiſtrationum ſublimitatem promoveantur, qui poſt mutatum habitum Sæcularem, diuturnâ converſatione inter Clericos fuerint comprobati, ac multo tempore didicerint, quæ poſtmodùm alios docere tenentur. Cæterùm per ea ipſa Indulta, quæ ſuper præmiſſis parciùs quidem, & ex certis tantùm & magis rationabilibus cauſis concedere decrevimus; contrariâ quâvis illorum interpretatione penitùs

nitùs improbatâ, salutarem illam, quam Sacri Generalis Trident. Concil. Decreta de non Ordinandis ad Patrimonij titulum, nisi tantùm illis, quos Episcopi pro necessitate, vel commoditate suarum Ecclesiarum assumendos judicaverint, præscribunt disciplinam nequaquam relaxatam intelligi, quinimò nè unquàm ad Indulta hujusmodi exequenda Episcopos ipsos arctare, sed illorum executionem arbitrio semper eorundem Episcoporum, quorum conscientias hac in re strictissimè oneratas voluimus prorsùs relinquere declaravimus, sperantes in Domino eos qui juxta Apostoli monitum nemini citò manus imponendas esse probè norunt, sibi, & universo gregi attendentes, in quo eos posuit Spiritus Sanctus regere Ecclesiam DEI, reverenda ipsis Spiritibus Angelicis ministeria, ab hominibus sine consideratione apprehendi nunquam permissuros, nec temerè præripi passuros, quæ vita probata duntaxat accipere promeretur. Omnes insuper & singulos, cujuscunq; tandem gradûs ordinis & dignitatis fuerint, quibus ex hujus Sanctæ Sedis gratia, Sacros Ordines præfatos, extra eadem tempora conferendi, vel alijs, ut illos sic conferre valeant, indulgendi potestas fieri consvevit, cum Divinos Ordines largiri, districti semper judicij oporteat, seriò monitos volumus, ut præscriptos sibi desuper in suis quiq; facultatibus, terminos religiosè custodiant, nec eos cujusvis consvetudinis, aut exempli prætextu ullatenùs transgrediantur; verùm quò impensiùs Apostolicæ gubernationis curam & cogitationes in hoc intendimus, eò majori cum animi Nostri dolore, ex quam plurium Venerabilium Fratrum Nostrorum Archi-Episcoporum & Episcoporum in diversis Regionibus existentium, delatis ad Nos querelis accepimus, graviora quotidie malignari inimicum in Sancto, Sacrilega scilicet illorum impudentiâ indies crescente,

qui

qui propriæ ſalutis immemores, Clericales Ordines ſibi forſan à proprijs Præſulibus denegatos, ſeu quos aliquibus Canonicis ſibi obſtantibus impedimentis denegari meritò verentur, ab alienis Epiſcopis, non quæ JESU Chriſti, ſed eas, quæ ad ipſos non pertinent, Oves, in animarum ſuarum perniciem quærentibus, nec tot Canonicas damnationes, contra uſurpatores alienæ plebis homines latas perhorreſcentibus, abſq; ſuorum Prælatorum commeatu, hoc eſt in dimiſſorijs, commendatitijſq; eorum Literis deſtituti, quinimò ijs inſcijs, & ſæpè etiam invitis, ſub minùs legitimis Beneficij Eccleſiaſtici, originis, domicilij, ſeu etiam familiaritatis, ac continuæ Ordinantium Epiſcoporum commenſalitatis, quæſitis titulis, in Sacrarum Legum fraudem & contemptum, illegitimè ſuſcipiunt, atq; ita non intrantes per oſtium, & nihilominùs tabernaculum Domini cum macula inhabitare non dubitantes, Sacrificium in Sacrilegium convertunt, judicium abſq; miſericordia ſibi conſciſcunt, DEOq; minimè placentes, & placere tamen velle præſumentes, non modò eum non placant, ſed magis irritant, dum videntur in cordibus ſuis dicere: *Non requiret*. Hinc eſt, quod Nos ex commiſſo Nobis Divinitùs Apoſtolicæ ſervitutis munere, abuſus, fraudes, & ſcandala hujuſmodi penitùs, & omninò è medio tollere, ac irreligioſam contrafacientium audaciam, quantum Nobis ex alto conceditur, compeſcere & reprimere volentes, necnon fel. rec. URBANI VIII. contra male ordinantes, & male ordinatos, quæ incipit: *Secretù &c.* aliorumq; Romanorum Pontificum Prædeceſſorum Noſtrorum, ac etiam Conciliaribus hac in re editis Conſtitutionibus & ordinationibus inhærentes, illaſq; quò ad ea, quæ præſentibus non adverſantur, quatenus opus ſit invocantes, de Venerabilium Fratrum Noſtrorum S.R.E. Cardinalium, ejuſdem Conc. Trid. interpretum,

pretum, qui quæcunq; antehàc ſuper præmiſſis, ab ipſorum Cardinalium Congregatione in particularibus caſibus edita Decreta, declarationes ſeu reſponſa, ad earundem præſentium limites reducenda eſſe cenſuerunt, conſilio, ac etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, & ex matura deliberatione Noſtris, deq; Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ad Omnipotentis DEI gloriam, Eccleſiæ utilitatem, veteris diſciplinæ inſtaurationem, Populiq; totius Chriſtiani ædificationem, hac generali Noſtrâ & perpetuò valiturâ Conſtitutione decernimus, & declaramus nulli Epiſcopo, ſeu cuivis Loci Ordinario, tametſi Cardinalatûs honore fulgeat, licere exterum quempiam, ac ſibi ratione originis, domicilij, juxta modum inferiùs declarandum legitimè contracti, non ſubditum, ad Clericalem Tonſuram promovere, cujuſvis Beneficii Eccleſiaſtici, ei ſtatim, ac Tonſura hujuſmodi inſignitus fuerit, conferendi, ſeu ad quod is à Patronis jàm præſentatus, ſeu nominatus fuerit, prætextu etiamſi Beneficum prædictum de novo, eâ expreſſe adjecta Lege fundatum fuiſſe conſtiterit, ut quis immediatè poſt Clericalem characterem ſuſceptum ad illud inſtituatur. Præterea Clericum, qui legitimè à proprio Epiſcopo ad eandem Clericalem Tonſuram, ſeu etiam ad Minores Ordines promotus fuerit, non poſſe ab alio Epiſcopo, ratione, ac titulo cujuſcunq; Beneficij, in illius Diœceſi obtenti, ad ulteriores Ordines promoveri, niſi ante eorundem ſuſceptionem, teſtimoniales Literas proprij Epiſcopi, tam originis, quàm domicilij, ſuper ſuis natalibus, ætate, moribus, & vita, ſibi concedi obtinuerit, eaſq; Epiſcopo Ordinanti, in Actis illius Curiæ conſervandas exhibuerit Licet verò Clericus ratione cujuſvis Beneficij in aliena Diœceſi obtenti ſubijci dicatur Juriſdictioni illius Epiſcopi, in cujus Diœceſi Beneficium hujuſmodi ſitum eſt, eam tamen hac
in

in re inconcussè servari volumus regulam, ut nemo subjectionem ad effectum suscipiendi Ordines acquirere censeatur, nisi Beneficium prædictum ejus sit reditûs, ut ad congruam vitæ sustentationem juxta taxam Synodalem, sive eâ deficiente, juxta morem Regionis, promovendis ad Sacros Ordines, detractis oneribus, per se sufficiat, illudq; ab ordinando pacificè possideatur, sublatâ quâcunq; facultate supplendi, quod deficeret fructibus ejusdem Beneficij, cum adjectione Patrimonij etiam pinguis, quod ipse Ordinandus, in eadem seu alia quavis Diœcesi obtineret, ac Episcopus sic Ordinans, tàm de prædictis testimonialibus Literis, quàm de reditu hujusmodi Beneficij, expressam in consveta collatorum Ordinum attestatione mentionem facere debebit. Cæterùm Subditus ratione originis is tantùm sit, ac esse intelligatur, qui naturaliter ortus est in ea Diœcesi, in qua ad Ordines promoveri desiderat, dummodò ibi natus non fuerit, ex accidenti occasione, nimirùm: Itineris, Officij, Legationis, mercaturæ, vel cujusvis alterius temporalis more, seu permanentiæ ejus Parentis in illo loco, quo casu nullatenùs ejusmodi fortuita nativitas, sed vera tantùm, & naturalis Patris origo erit attendenda. Quodsi quis tantò temporis spatiô in eo loco, in quo ex accidenti sicut præmittitur, natus, moram traxerit, ut potuerit ibidem Canonico aliquo impedimento irretiri, tunc etiam ab Ordinario ejus Loci Literas testimoniales ut supra obtinere, illasq; Episcopo Ordinanti, per eum in collatorum Ordinum testimonio similiter recensendas præsentare teneatur. At si Pater in alieno loco, ubi ejus Filius natus est, tamdiu, ac eo animo permanserit, ut inibi verè domicilium de Jure contraxerit, tunc origo Patris, vel domicilium per Patrem legitimè, ut præfertur contractum, pro ordinatione ejusdem Filij attendi debeat. Subditus autem

tem ratione domicilij ad effectum suscipiendi Ordines, is tantùm censeatur, qui licet alibi natus fuerit, illud tamen stabiliter adeò constituerit in aliquo loco, ut vel per decennium saltē in eo loco habitando, vel majorem rerum, ac bonorum suorum partem cum instructis ædibus in locum hujusmodi transferendo, ibiq; insuper per aliquod considerabile tempus commorando, satis superq; suum perpetuò ibidem permanendi animum demonstraverit; & nihilominùs ulterius utroq; casu se verè & realiter animum hujusmodi habere, jurejurando affirmet. Si quis tamen à propriæ originis loco in ea ætate discesserit, quâ potuerit alicui Canonico impedimento obnoxius effici, etiam Ordinarij originis suæ testimoniales Literas, ut suprà, afferre debebit, ac de illis expressa similiter mentio in susceptorum Ordinum Literis facienda erit. Ad hæc nullus Episcopus alienæ Diœcesis subditum familiarem suum, ad aliquos Sacros, seu Minores Ordines, vel etiam Primam Tonsuram promovere, seu ordinare præsumat, absq; ejus proprij originis scilicet, vel domicilij Prælati Testimonialibus Literis, ut suprà, & nisi ad præscriptum Concilium Tridentinum præfati *Sess.* 23. *Cap.* 9. *de Reform.* familiarem prædictum, per integrum & completum triennium in suo actuali servitio secum retinuerit, ac suis sumptibus aluerit: Beneficium insuper quod ei ad vitam sustentandam juxta modum superiùs præfinitum sufficiat, quâcunq; fraude cessante, statim, hoc est saltem intra terminum unius Mensis, à die factæ Ordinationis, re ipsâ illi conferat, ac in Ordinationis hujusmodi testimonio, expressam itidem familiaritatis, ac Literarum prædictarum mentionem facere teneatur. Porrò ut quicunq; fraudibus aditus omninò præcludatur, volumus, & Authoritate Apostolicâ statuimus, atq; decernimus, ut Episcopus quilibet suos ratione originis, sivè domici-

micilij subditos Clericos, quoſcunq; ab alienis Epiſcopis quâvis Authoritate etiam cum ſuis commendatitijs Literis promotos, nè dum ad formam Concilij Tridentini ſupraſcripti *Seſſ.* 14. *Cap.* 3. *de Reform.* quò ad ſcientiam examinare valeat, verùm etiam Ordinum eis collatorum teſtimoniales Literas gratis tamen recognoſcere, ac diligenter perquirere, an quò ad illos, præſentis Conſtitutionis forma & diſpoſitio adimpleta fuerit, aſſignato ſic promotis termino competenti, ei magìs benè viſo, ad docendum de ejuſmodi adimplemento ita, ut quos eo termino elapſo, id minimè præſtitiſſe compererit, à ſuſceptorum Ordinum exercitio, ſi ita & quàmdiu expedire ei videbitur, ſuſpendere, illiſq; nè in Altari, aut in aliquo Ordine miniſtrent, interdicere poſſit. Ita verò præmiſſa omnia & ſingula perpetuò ac inviolabiliter obſervari, atq; adimpleri volumus, ut ſi quid in ijſdem præmiſſis, ſeu eorum aliquo ſecus fiat, Ordinans quidem à Collatione Ordinum per Annum, Ordinatus verò à ſuſceptorum Ordinum executione, quamdiu proprio Ordinario videbitur expedire, eo ipſo ſuſpenſus ſit, alijſq; gravioribus inſuper pœnis pro modo culpæ, Noſtro, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis arbitrio infligendis, uterq; ſubjaceat. Decernentes pariter eaſdem Literas præſentes, ſemper firmas, validas & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſq; plenarios & integros effectus ſortiri & obtinere, ac ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocunq; ſpectabit, in omnibus & per omnia, pleniſſimè & inviolabiliter obſervari, ſicq; & non aliter per quoſcunq; Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac ejuſdem S.R.E. Cardinales, etiam de latere Legatos, ac Sedis præfatæ Nuntios, alioſvè quoſlibet quâcunq; præeminentiâ & poteſtate fungentes, & functuros, ſublatâ eis, & eorum cuilibet, quâvis aliter judicandi &

di & interpretandi facultate & Authoritate, ubiq; judicari, & definiri debere, ac irritum & inane, si secus super his, à quopiam quâvis Authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, necnon quibusvis etiam juramentô, confirmatione Apostolicâ, aut quâvis aliâ firmitate roboratis Statutis & consvetudinibus, Privilegijs quoq;, Indultis, & Literis Apostolicis, sub quibuscunq; verborum tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsq; efficacioribus & insolitis clausulis, irritantibusq; & alijs Decretis, etiam motu, scientiâ, & potestatis plenitudine paribus, in genere, vel in specie, seu aliás quomodolibet, in contrarium præmissorum concessis, confirmatis & innovatis. Quibus omnibus & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumq; totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua exquisita forma servanda ad hoc foret, illorum omnium & singulorum tenores, ac si de verbo ad verbum exprimerentur & insererentur, nihil penitùs omissô, |& formâ in illis traditâ, observatâ, eisdem præsentibus pro expressis & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice duntaxat specialiter & expresse derogamus: cæterisq; contrarijs quibuscunq;. Volumus autem, ut præsentes Literæ in valvis Ecclesiæ Lateranensis & Basilicæ Principis Apostolorum, necnon Cancellariæ Apostolicæ, ac in Acie campi flore de Urbe, ut moris est, publicentur, & affigantur. Sicq; publicatæ & affixæ, quos illæ concernunt, perindè arctent & afficiant, ac unicuiq; eorum nominatim & personatim intimatæ fuissent, quodq; earundem præsentium trãsumptis,

seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarij subscriptis, & Sigillô alicujus Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, munitis, eadem prorsus fides, tàm in Judicio, quàm extra illud, ubiq; adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, & ostensæ. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam Decretorũ Nostrorum, declarationis, voluntatis, Statuti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis DEI, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum. *Datum Romæ apud Sanctam MARIAM Majorem, Annô Incarnationis Dominicæ*, 1694, *Pridie Nonas Novembris, Pontificatûs Nostri Annô quartô. B. Card. Prodatarius. I. F. Card. Albanus. Visa de Curia Sacripantes Locus* (+) *Plumbi. D. Campinus. Regestrata in Secretaria Brevium. Annô* à Nativitate Domini Nostri JESU CHRISTI 1694. *Indictione secundâ, Die* 6. *Mensis Novembris, Pontificatûs autem SS. in Christo Patris & D.N. Domini INNOCENTII Divinâ Providentiâ Papæ XII. Annô* 4. *supradictæ Literæ Nostræ Apostolicæ affixæ & publicatæ fuerunt ad valvas Ecclesiæ Sancti JOANNIS Lateranensis Basilicæ Principis Apostolorũ, & Cancellariæ Apostolicæ in Acie campi Flore, ac in alijs Locis solitis & consvetis Vrbis, per me* Thomam *Orlandum, ejusdem Sanctissimi Domini Nostri Cursorem.* Franciscus Antonius Simoncellus *Magister Cursorum.*



CON-

CONSTITUTIO
SANCTISSIMI in CHRISTO PATRIS & Domini Nostri
CLEMENTIS XII.
Pontificis Maximi,

Quæ nonnullas Apostolicas Literas Ordinibus Regularibus & Mendicantibus á p.m. *BENEDICTO Papa XIII concessas moderatur, ac reducit ad terminos juris communis, Concilij Tridentini & Constitutionum Apostolicarum.*

CLEMENS EPISCOPUS
Servus Servorum DEI.
Ad perpetuam rei memoriam.

ROmanus Pontifex, quem cœlestis Paterfamilias vineæ suæ custodiendæ præposuit, diu noctuq; Operarios impigrè in ea laborantes circumspicit, congruam imò amplam mercedem eis largiturus, ut vinea probis Agricolis hoc pacto ad eam alacriùs excolendam incumbentibus, uberiori proventu fructificare possit.

Privilegia Ordinibus Regularium

Sanè felicis recordationis Prædecessor Noster BENEDICTUS Papa XIII strenuas Ordinum Regularium & men-

concessa, ob pacem Ecclesiæ, ad moderationem revocantur.

Mendicantium cohortes hanc Domini vineam atq; agrum Ecclesiæ indesinenter colere conspicatus, ac paterno erga eos animo affectus, quo etiam Nos ipsi utiq; afficimur, plura eis Privilegia concessit, ratus, ea pari voluntate universim excipienda: quod tamen secus evenisse, Nos ad supremi Sacerdotij apicem disponente Domino evecti, ægrè intelleximus, inde nimirum præter omnem expectationem Nostram varijs litibus & controversijs exortis, ac nisi opportunè occurratur fortasse in posterum exorituris. Quare nonnullis ex hujusmodi Literis & Constitutionibus Apostolicis maturè perpensis ad sedandos rumores propterca excitatos, mutuamq; & verè Christianam inter Episcopos & Regulares familias, ac etiam sæculares Ordines & Sodalitates publicasq; Universitates, benevolentiam & pacem ubiq; in Ecclesia servandam, de consilio nonnullorum ex Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus in hanc sententiam devenimus, ut subsequentibus Literis & Constitutionibus Apostolicis eodem Pontifice BENEDICTO sedente vulgatis, moderationem aliquam authoritate Nostra adhibendam esse decerneremus. Literæ verò ipsæ & Constitutiones Ordinibus Regularibus pridem concessæ hæ sunt.

Editæ *IV Idus Decembris, Annô Domini MDCCXXVI quæ incipiunt* Paterna.

Aliæ *IX Kalendas Junias, Annô 1726, quæ incipiunt* Ratio Apostolici Ministerij.

Aliæ *III Nonas Julias ejusdem Anni, quæ incipiunt*, Singularis devotio.

Aliæ *VIII Augusti ejusdem Anni, quæ incipiunt*, Exponi nobis fecerunt.

Aliæ *Kalendis Septembris ejusdem Anni, quæ incipiunt*, Vitæ & morum integritas.

Aliæ *Kalendis Januarij Annô 1727. quæ incipiũt*, Libẽter.

Aliæ

Aliæ *V Nonas Martias ejuſdem Anni, quæ incipiunt*, Loca Sancta.

Aliæ *Kalendis Aprilis ejuſdem Anni, quæ incipiunt*, Ex quo ſedes.

Aliæ *V Nonas Aprilis ejuſdem Anni, quæ incipiunt*, Summè decet.

Aliæ *VII Kalendas Junias ejuſdem Anni, quæ incipiunt*, Pretioſus, *unà cum declarationibus ſub die 28 Septembris, Anni MDCCXVIII ab eodem Pontifice factis, ſuper quibusdam dubijs circa intelligentiam rerum, in ipſa Conſtitutione contentarum exortis.*

Aliæ *XXI Martij, Annô 1729. quæ incipiunt*, Exponi nobis fecit.

Aliæ demum *VII Kalendas Aprilis ejuſdem Anni, quæ incipiunt*, In Sede.

Eadem Privilegia pio & laudabili fine conceſſa lites neceſſario ſedandas excitaverunt

Quamvis autem hæc omnia & ſingula ex ejuſdem recolendæ memoriæ BENEDICTI pia & laudabili erga Regularium familias voluntate profecta fuerint, quos ipſe ob eorum zelum de ſalute animarum, religionis fervorem, doctrinam, & regularis diſciplinæ obſervantiam magna ac verè paterna dilectione proſequebatur, Noſq; ipſi æquè proſequimur, conceſſa extenſa, Decreta confirmata, & declarata fuerint, Nos tamen, qui poſt varias altercationes & difficultates de iiſdem Literis & Conſtitutionibus excitatas, optatam Sanctæ DEI Eccleſiæ tranquillitatem præ oculis habemus, volentes ut univerſis Dominici gregis Paſtoribus, ac præſertim Venerabilibus Fratribus, Patriarchis, ArchiEpiſcopis & Epiſcopis, in partem ſolicitudinis Noſtræ vocatis, liberum jurium ſuorum, quæ Summi DEI gloriam & animarum ſalutem reſpiciunt, in illorum Diœceſibus exercitium ſervetur, quæq; illud quomodocunq; impedire & lædere fortaſſe poſſunt, pro virili Noſtra penitus amovere cupientes, quemadmodum

dum aliàs Romani Pontifices Anteceſſores Noſtri ſæpius egerunt; Nos quoq; ad præſervandum, ijſdem Patriarchis, Archi-Epiſcopis & Epiſcopis, ac quibuſcunq; alijs Ordinibus, ac cætibus Eccleſiaſticis & Sæcularibus ſuorum jurium exercitium & poſſeſſionem, amovendamq; quarumcunq; diſſenſionum & litium occaſionem, ex conceſſa Nobis Divinitùs Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, eorundem Anteceſſorum Noſtrorum Pontificum Romanorũ veſtigijs inhærentes, ſtatuimus & decernimus de omnibus & ſingulis prædictis literis & Conſtitutionibus quæ ab eodem Anteceſſore Noſtro BENEDICTO prodierunt, necnon de omnibus Privilegijs, gratijs, favoribus, indultis, exemptionibus, facultatibus & declarationibus, in ijſdem contentis, eam deinceps deciſionem ac judicium etiam in foro conſcientiæ habendum, quod ſive ex jure communi, ſive ex Concilio Tridentino, ſive ex Decretis & Conſtitutionibus Apoſtolicis, ſive aliàs, legitimè habebatur, antequam eædem literæ & declarationes ab eodem BENEDICTO conceſſæ fuiſſent, perinde ſcilicet, ac ſi illæ non emanâſſent, ad quam diſpoſitionem ejuſq; priſtinum ſtatum, ac terminum omnia ſuperiùs enuntiata omnino reducimus, & reducta eſſe volumus, ita ut in poſterum ſupradicti Ordines regulares eorundem literarum & Conſtitutionum uſu, commodô, & effectu, penitùs carere debere intelligantur.

Decreta irritantia ijsdem privilegiis apposita, ad viam juris communis reducuntur.

Hinc ad præmiſſorum effectum pro nullis & infectis haberi volumus omnia Decreta irritantia, prohibitiones, declarationes, mandata & quæcunq; in Literis & Conſtitutionibus prædictis quomodolibet appoſita, atq; alia eorundem occaſione facta, huic reductioni, Decreto & voluntati Noſtræ quomodocunq; adverſantia, quibuſcunq; ea eſſent concepta formulis, ac præſervationibus, declarationibus, modificationibus, reſtrictionibus, expli-

plicationibus, derogatoriorum derogatorijs, alijsq; validissimis, efficacissimis & inviolabilibus clausulis, præsertim quod semper in data cuicunq; Constitutioni, illarum revocatoriæ in posterum edendæ posteriores censeantur, etiam motu proprio & potestatis pari plenitudine, ac ex certa scientia, etiam Consistorialiter, etiam pro conservatione Statûs Regularis, etiam in vim contractûs & stipulationis inter Sedem Apostolicam & Ordines prædictos initæ, quam ad hujusmodi effectum rescindimus & ex nunc rescissam, nulliusq; roboris & momenti esse volumus & decernimus; ideoq; omnes dissensiones altercationes & lites coram quibuscunq; Judicibus ordinarijs, extraordinarijs & Commissarijs etiam Causarum Palatij Nostri Auditoribus & S.R.E. Cardinalibus, etiam de latere Legatis, necnon quâcunq; eorundem Cardinalium Congregatione, prædictarumLiterarum & Constitutionum occasione jam motas, necdum decisas aut finitas, vel etiam quæ jam decisæ essent, si modò tractum habeant successivum, easq; rursus in posterum excitari contingat, juxta juris communis, Concilij Tridentini, Decretorum & Constitutionum Apostolicarum, ac præsentem hanc Nostram dispositionem, nec aliter decidendas esse præcipimus. Futura verò dubia & difficultates ubicunq; & quandocunq; oriantur, ad Nos & Sedem Apostolicam, ad quam Pontificiarum Constitutionum, atq; Ecclesiasticarum Sanctionum interpretatio pertinet, referenda esse decernimus.

Clausula ad præsentes literas perpetuo servandas.

Itaq; omnia & singula hactenus memorata, necnon præsentes etiam ex eo, quòd causæ, ob quas emanaverint comprobatæ, expressæ & verificatæ, aut in præmissis interesse habentes vel habere prætendentes, ad hoc vocati, citati & auditi non fuerint, neq; ijsdem consenserint, vel ex quocunq; capite, prætextu colore, ingenio vel causa, de subreptionis, obreptionis, aut nullitatis vitio, vel

intentionis nostræ, sive alio quovis defectu notari & impugnari, argui, infringi, retractari, in jus vel controversiam vocari, ad terminos juris reduci, aut contra eas quodvis gratiæ vel justitiæ remedium impetrari seu concedi nullatenus posse, sed eas ac omnia & singula in eis contenta semper & perpetuò, valida firma & efficacia esse & fore, suosq; plenarios & integros effectus sortiri & obtinere, ac ab omnibus & singulis ad quos spectat & pro tempore quomodolibet spectabit inviolabiliter observari omnino statuimus; sicq; & non aliàs per quoscunq; Judices ordinarios & delegatos, etiam Causarum Palatij Nostri Auditores ac prædictæ S.R.E. Cardinales, etiam de latere Legatos, Vice-Legatos, dictæq; Sedis Nuntios, quâvis Authoritate & facultate fungentes, sublatâ eis & eorum cuilibet quâvis aliter judicandi, definiendi & interpretandi facultate & authoritate judicari, definiri, & interpretari debere, ac irritum & inane, si secus super his à quoquam quâvis Authoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, decernimus & decretum esse volumus: Non obstantibus præmissis, necnon Nostra & Cancellariæ Apostolicæ Regula *de jure quæsito non tollendo*, necnon omnibus & singulis prædicti BENEDICTI Decessoris ac declarationibus super dubijs alijsq; Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis necnon omnium & singulorum Ordinum prædictorum, ac eorum cuilibet etiam juramentô, confirmatione Apostolicâ, vel quâvis firmitate aliâ roboratis, Statutis & consvetudinibus, Privilegijs quoq; Indultis, etiam Mare magnum vel aliàs quomodocunq; nuncupatis, Literisq; Apostolicis, seu quibusq; tenoribus & formis cum quibuscunq; etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsq; efficacibus & insolitis clausulis ac irritantibus, alijsq; Decretis in genere vel specie, etiam motu proprio & Consistorialiter, ac aliàs quomodolibet in contrarium præmissorum, concessis, confirmatis & pluries

innovatis: quibus omnibus & singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumq; totis tenoribus specialis, specifica, expressa & individua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales, idem importantes, mentio seu quævis alia expressio habenda aut alia exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum omnium & singulorum tenores ijsdem præsentibus pro plenè & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris latissimè & plenissimè hac vice duntaxat specialitèr & expressè derogamus, cæterisq; quomodolibet contrarijs quibuscunq;

His omnimoda fides adhibeatur.

Volumus autem ut eædem præsentes in Valvis Basilicarum S. JOANNIS in Laterano, & Principis Apostolorum de Urbe ac in Acie Campi flore ut moris est affixæ, quoscunq; illæ respiciant, arctent & afficiant, perinde, ac si unicuiq; coram & personaliter intimatæ fuissent, utq; earundem præsentium transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarij Publici subscriptis, & Sigillô Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Nemo eas infringere audeat.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostri Statuti, Decreti, voluntatis, moderationis, & reductionis infringere, vel ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis DEI ac Beatorum PETRI & PAULI Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctam MARIAM Majorem, Annô Incarnationis Dominicæ MDCCXXXII. III. Kalendas Aprilis, Pontificatûs Nostri Annô Secundô.

A. Card. Prodatarius.

F. Cardinalis Oliverius.

Visa de Curia J. Archi-Episcopus Ancryanus. D. Stivanus.

Registrata in Secretaria Brevium.

Annô à Nativitate Domini Nostri JESV CHRISTI MDCCXXXII, Die II Aprilis, Indictione decima, Pontificatûs Sanctissimi in Christo Patris & Domini Nostri, Domini CLEMENTIS Divinâ Providentiâ Papæ XII Annô Secundô. Supradicta Constitutio affixa & publicata fuit ad Valvas Ecclesiæ Lateranensis Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellariæ Apostolicæ, Curiæ generalis in Monte Citatorio & in Acie Campi Floræ, ac alijs Locis solitis & consvetis Vrbis, per me Bandinum Cheti Apostolicum Cursorem.

Nicolaus Cappelli Magister Cursorum.

DECRETUM

Felicis Recordationis CLEMENTIS PAPÆ XI.

Circa celebrationem in Oratorijs privatis emanatum, XV. Decembris, MDCCIII. quod incipit: Nonnulli Episcopi &c. *in Appendice ad Concilium Rom. appositum declarans.*

Demptis occasione visitationis vel itineris, imò & in casibus à jure permissis. C. Rom. tit. xv. C. III. vide in hoc lib. S. 2.5. Ser. 5.

EPiscopis & his majoribus Prælatis &c nullô modô licere extra domum propriæ habitationis in domibus laicis etiam in propria Diœcesi erigere Altare, ibiq; Sacrosanctum Missæ Sacrificium celebrare, sive celebrari facere, ac pari modo in Oratorijs privatis non licere Regularibus cujusvis Ordinis, aut Instituti, seu Congregationis, etiam *Societatis IESV*, ac etiam cujuscunq; Ordinis militaris, etiam S. JOANNIS Hyerosolimi-

limitani, aut alijs quibuscunq; Sacerdotibus, etiamsi essent Episcopi, in ijs celebrare in diebus Paschatis, Pentecostes, Nativitatis CHRISTI Domini, alijsq; Anni Festis Solennioribus, ac diebus in Indulto exceptis. In reliquis verò diebus, prædictis Regularibus & Sacerdotibus quibuscunq; etiam Episcopis, in præfatis Oratorijs celebrare non licere, ubi etiam unica Missa, quæ in Indulto conceditur fuerit celebrata, atq; illa etiam in casibus præmissis celebrari nequeat post meridiem demandando ulteriùs, & declarando in omnibus hujusmodi casibus personas quascunq; dictas Missas audientes nullatenus præcepto Ecclesiæ satisfacere, quò verò ad Altare portatile, iterum censuit licentias, seu Privilegia concessa in eoq; celebrandi, absq; Ordinariorum licentia in locis, in quibus degunt omninò revocata esse.

Sect. 1. n. 10. p. 142. S. d. 5. Ser. 5. Sect. 1. n. 4. p. 140. Ibidem. Ibidem. Ser. 6. Sect. 2. n 9. p. 150. Ibid. n. 10. p. 151. n. 3. p. 140. n. 2. p. 140.

Hoc Decretum quod hucusq; non est praxi executum BENEDICTUS XIII approbat, publicari & observari præcipiens, ut adversus contravenientes speciali adhuc Privilegio exemptos, Episcopi ipsi tanquam Sedis Apostolicæ delegati censuris etiam Ecclesiasticis procedant; indultis & consvetudinibus non obstantibus. *In Concilio Romano tit: XV. C. II.* Ad hæc Decreta reflectens, per literas *A.* in eis indigito approbationem dictarum in hoc opere Theologico *Idearum*, per literam verò *E.* in opere hoc explicationes & exceptiones. Nam quæ specialioris sunt notæ, in abrogatione eorum debet fieri specialis expressio: juxta *Lezanam* & alios communiter.

Imò ex his Decretis colligitur, primò Regulares posse in Oratorijs privatis de licentia Episcopi celebrare, ut patet legenti Clementinam *suprà*: *absq; Ordinariorum* &c. *licentia*. Secundò. Transeuntes videtur posse celebrare. Nam ly *degere* denotat existentiam permanentem & diuturnam non brevem & transeuntem, inquit *Lezana verb:*

Epi-

Episcopus Num. 24. Peyrinis *tom.* 1. *Privil. Minim. in Const.* 2. *Sixti IV. n.* 22. Additur in Concilio Romano *loc. cit. in privatis, ubi dormiri solet*: at vide *hic pag.* 141. *Num.* 8. cùm lex casus ordinarios, non extraordinarios respiciat.

Ex Appendice ad tit. XIV. Cap. I. Concilij Romani, Excerptum.

Itidem Sanctissimus Dominus Noster in causis exemptorum & mercedum, & miserabilium personarum, servari omninò & districtè mandat dispositionem Sac. Conc. Trid. *cap.* 14. *Sess.* 7. *de reform. Privilegijs, exemptionibus, & consuetudinibus quibuscunq; etiam post Tridentinum à Sede Apostolica concessis, & respectivè introductis, non obstantibus.*

Sed in qua circumstantia debeant conveniri Regulares coram Ordinario loci, tanquàm Delegato Apostolico, in causis mercedum & miserabilium personarum; vide declarationem S. Congregationis supra, Censurarum *Dist.* 1. *Ser.* 3. *Sect.* 3. §. 4. *N.* 30. *p.* 610.

DECRETUM CAPTURALE.

Actum in Iudicijs Kapturowe nuncupatis, per Illustrees, Magnificos ac Generosos Judices unà cum Judicio Terrestri Posnaniensi, & Officio Castrensi itidē Posnaniensi, in Conventu particulari Sredensi sub interregno electos & Deputatos, Feriâ secundâ post Dominicam Conductûs Paschæ proxima, Annô Domini 1733. in Castro Posnaniensi Celebratis.

Inter Instigatorem Judicij præsentis eiusq; Delatores Generosos Jacobum Melchiorem Josephum Vladislaum & Franciscum Niezuchowskie Actores, per Generosum Josephum Niezuchowski suo & aliorum Nomine personaliter, atq; Generosos Adalbertum Patrem, & Sigismundum Filium Zaydlice Citatos, per Generosum Ludovicum Wisgiert Generosum Nicolaum Niezuchowski Cohortis Loricatæ Illustris & Magnifici Maioris Poloniæ Generalis, Vexilliferum Adcitatum & Actorem, per Generosum Mathiam Gądkowski Illustres & Magnificos Kąsinowskie Conjuges Castellanos Naclenses adcitatos per Generosum Stephanum Janowski, & GenerosamMariannam de Zaydlice Niezuchowska in assistentiaGenerosorum AdalbertiParentis & Sigismundi Fratris Germani Zaydlicow Cautorum & fidejussorum per Generosum Paulum Chumski ad obiectas pænas Bannitionum & quidē primæ, Sabbathô post Dominicā Conductûs Paschæ proximô, Annô præsenti 1733. ex Instantia Generosi Instigatoris Judicij sui, alterius eodem actu & Annô ex instantia Generosorum Niezuchowskich, ratione non solutionis pænarum Luitarum, Tertiæ in Judicijs Castrensibus Posnaniensibus Feriâ secundâ post Dominicam Reminiscere Quadragesimalē proxima, Annô 1732. ratione non solutionis vadij Capataneális in sublationē Condemnationis Tribunalitiæ adiudicati, ex Instantia Generosæ Sczucka super Illri: & Magnifico Vladislao Kąsinowski Castellano Naclensi obtentæ & publicatæ ad objectam quoq; Condemnationem in

ter-

terminis Terrestribus Posnaniensibus Feriâ secundâ post Festum Sanctorum Trium Regum proxima, Annô 1731. idq; ex Limitatione Judiciorum Feriâ secundâ ante Festum Nativitatis Gloriosissimæ Virginis MARIÆ Annô præteritô 1730. ex Instantia Generosi Francisci Kurczewski super Generoso Josepho Niezuchowski, ratione non solutionis summarum obtentam & publicatam, teneri partes tam Illustres & Magnificos Castellanos, quàm Generosum Niezuchowski, Iudicium de loco standi adinvenit & decernit, non posse his rationibus constituere sibi locum standi. Quoniam Generosus Niezuchowski moderamini Iudicij sui sese subijcit, Iudicium decernit, quatenus Generosus Niezuchowski in Constitutionem loci standi solvat Duplicem pænam quatuordecem Marcarum Polon: Patri obijcienti, Iudicio per medium, idq; sub pæna ex Regestro pænalium vindicanda; Quò spectat obiectas pænas Bannitionum super Illustri & Magnifico Kąśinowski Castellano Naclensi obtentas, quoniam non docet, imo à comparitione recedit, proinde ex parte cujuslibet obijcientis seorsim & distinctim permittitur condemnatio & publicata, in negotio verò principali ad categoriam cum Illustribus & Magnificis Castellanis Naclensibus in Termino per Decretum Iudicij sui conservato ratione Contraventionis eiusdem, Bannitio perpetua nihilominus lucrum pænarum succubitarum eôdem Decretô appositarum, super verò statuendis, videlicet Nobili Gordon & laborioso sutore cum uxore ex parte Generosorum Niezuchowskich princi-

pali-

paliter agentium, quàm Generosi Nicolai Niezuchowski Actorum lucrum pænarum legum, videlicet: Infamiæ liberæ Captivationis & Colli, quæ decernitur, additur & remittitur pro executione, cætera in toto, ut in producto & publicato. Tandem Judicium exauditis partium controversijs, quò ad assistentiam Generosorum Zaydlicow Generosæ Mariannæ Niezuchowska, quoniam anteriori Iudicij sui Decreto Generosi Zaydlice cautionem ac fidejussionem præfatæ Generosæ Mariannæ Niezuchowska ad disjudicationem causæ in se assumpserunt. Ideò Judicium sufficienti assistentiâ ac comparitione adinventâ partibus experiri mandat. In experimento; quoniam Illustres & Magnifici Castellani Naclenses Coniuges in puncto statuitionis inculpatorum sese condemnare permittunt, Generosi Niezuchowska ac Zaydlice suspensionem Causæ ad ulteriorem convictionem Illustrium & Magnificorum Castellanorum Naclensium Conjugum affectant. Iudicium eô attentô, quòd Laudo Sredensi causa præsens sine quibusvis exceptionibus, ac diffugijs Iudicio præsenti, uti in causa Religionis & Apostasiæ disjudicari præcommissa, negotiumq; principale statuitionis Generosæ Annæ Niezuchowska Virginis Catholicæ, Illustres & Magnificos Castellanos Naclenses non afficit, ideò amputatâ Suspensione per Partem citatam affectatâ Iudicium in causa procedere mandat. In procedendo, Iudicium decernit, quatenus Generosi Zaydlice Pater cum Filio, uti cautores & fidejussores Generosam Mariannam de Zaydlice Niezuchowska suo coram Iudicio statuant, idq; in instanti, & quo-

niam eandem Generosam Niezuchowska statuerunt, ideò Iudicium Generosos Zaydlice in puncto statuitionis satisfecisse Decreto Iudicij sui adinvenit, & contra statutam, ac Generosos Zaydlice in principali objectione actionem dirigere mandat. In directa actione Iudicium decernit, quatenus partes utræq; Inquisitiones ea in causa in anterioribus Iudicijs suo coram Iudicio eductas reponant, reposuerunt, ad quorum lectionem Iudicium condescendit, quibus lectis & per omnes circumstantias perpensis & examinatis, siquidem ex eisdem Inquisitionibus Iudicio suo deducitur, Generosum Adalbertum Zaydlic Parentem malæ cohabitationis Generosæ Mariannæ de Zaydlice Niezuchowska Filiæ suæ, Generosi verò Nicolai Niezuchowski consortis legitimæ Fautorem, Generosum verò Sigismundum Zaydlic Filium eiusdem malæ cohabitationis cùm Generosi Niezuchowski consortis eius & sororis suæ fomentatorem extitisse, Generosam quoq; Mariannam Niezuchowska in bonis Przyborowko Generosi Alberti Zaydlic Parentis hæreditarijs ex fomentatione præmissa, accedente consensu ejusdem Generosi Zaydlic Parentis circiter per annum permansisse, donec Filia eius Generosa Anna Niezuchowska ex institutione Catholica eidem Generosæ Matri non restituta foret, tum postmodum Generosum Adalbertum Zaydlic Parentē captato tēpore Generosum Niezuchowski Generosæ Annæ Niezuchowska Parentem de Bonis Myszkowo eius hæreditarijs, ultrò secum relictô Generosô Sigismundô Zaydlic Filiô suô, ad infrascripta peragenda
obdu-

obduxisse, quô tempore absente, Generosus Niezuchowski, Generosus Sigismundus Zaydlic ad Bona Myszkowo Generosi Niezuchowski hæreditaria sese contulit, Ibidemq; facto condictamine cum Generosa Niezuchowska sorore sua, Generosam Annam Niezuchowska Virginem Catholicam Sacramentis Sanctissimæ Eucharistiæ aliquod vicibus in Ecclesia Otoroviensi munitam ad institutionem Acatholicam extra Regnum in Cilichoviam transmisisse, ibidemq; inhucusq; detinuisse, necnon Generosum Sigismundum Zaydlic in vilipendium Juris positam sibi Citationem, verbis læsivis contemptuâsse. Ideò Judicium tam Generosos Zaydlice Patrem cum Filio, quàm Generosam de Zaydlice Niezuchowska punibiles censet & decernit, quatenus Generosi Adalbertus Parens & Sigismundus Filius Zaydlice pro fautoratu & fomentatione malæ cohabitationis in ordine ad restituendum Generosam Annam Niezuchowska Filiam ex institutione Catholica ad manus Generosæ Niezuchowska Matris Acatholicæ Institutionem Acatholicam vigore scripti nonnulli anteconnubialis per Generosum Niezuchowski Maritum ipsis dati prætendentis, commissis Generosi Zaydlice Pater cum Filio Turrim Castri Costensis, hinc & ab actu in sex septimanis incant, ejusq; sessionem per spatium duodecem septimanarum continuent & expleant, necnon circa egressum de Turri, vadium Capitaneale parti, Judicio verò per medium in instanti quilibet eorum ex persona sui solvat & enumeret, idq; sub pæna Bannitionis circa Ma-

Pp2 nifesta-

nifestationem per partem in casu Contraventionis publicanda, Iudicio verò sub pœna Bannitionis ex Regestro pœnalium vindicanda, pro Evectione verò Generosæ Annæ Niezuchowska Virginis Catholicæ ad institutionem fidei Acatholicæ in Cilichoviam transmissæ, exindeq; ad periculum Apostasiæ adductæ, Turrim eandem post expletam priorem sessionem Generosi Zaydlice Pater cum Filio, Generosa verò Niezuchowska Turrim Castri Wschovensis ab actu præsenti in Octo septimanis subeant eandemq; per spatium dimidij Anni continuent & expleant, necnon in egressu de Turri, quilibet eorum seorsim vadium Capitaneale duplex, & quidem Generosus Niezuchowski Maritus intercedendo Generosam Consortem suam de dote eius parti, Iudicio verò simplex solvant & enumerent, idq; sub pœna Bannitionis in casu Contraventionis circa Manifestationem publicanda. Iudicio verò in instanti sub simili pœna ex Regestro pœnalium vindicanda. Quò spectat contemptum juris & difformia circa positam Citationem, verba per Generosum Sigismundum Zaydlic prolata; Iudicium itaq; punibilem declarat & sententiat, quatenus post expletas priores sessiones turricas, Turrim ejusdem Castri Costensis Generosus Sigismundus Zaydlic ineat eandemq; per spatium duarum septimanarum continuet & expleat, necnon in egressu de Turri medium vadij Capitanealis parti, circa egressum de Turri sub pœna Bannitionis in ibidem circa Manifestationem per partem publicanda, Iudicio verò medium medij vadij

vadij in inſtanti ſub pæna Bannitionis ex Regeſtro pænalium vindicanda ſolvat & enumeret, nihilominus Iudicium decernit, quatenus ijdem Generoſi Zaydlice Pater cum Filio ac Generoſa Niezuchowſka pro ſequenti Iudiciorum ſuorum cadentia, Generoſam Annam Niezuchowſka Virginem Catholicam Generoſi Nicolai Niezuchowſki Filiam ſtatuant, atq; Generoſo Nicolao Niezuchowſki parenti ad perficiendam inſtitutionem in fide Catholica extradant, idq; ſub pænis contra Apoſtatas Legibus Regni ſancitis ſuper eisdem in caſu Contraventionis in ſequenti Iudiciorum ſuorum cadentia irrogandis & conſervandis. Quantum attinet ſcriptum ante connubiale per Generoſum Niezuchowſki Generoſis Zaydlicom datum, ac per oblatam in Caſtro Poſnanienſi porrectum, tum & incontinentiam uxoris ſuæ, ſiquidem ſcriptum hoc in Præjudicium Orthodoxæ fidei Catholicæ interceſſit, licetſi Generoſus Niezuchowſki errorem hunc corrigendo ad inſtitutionem in fide Catholica Generoſam Annam Niezuchowſka Filiam ſuam dederit, ne ſimilia fiant, & ut cæteri à ſimilibus abhorreant, punibilem Generoſum Nicolaum Niezuchowſki declarat & decernit, quatenus Turrim Caſtri Wſchovenſis hinc & ab actu, in Octo ſeptimanis ſubeat, eandemq; ſeſſionem per ſpatium Duarum ſeptimanarum continuet & expleat, necnon in egreſſu de Turri vadium Capitaneale parti ſub pæna Bannitionis in caſu Contraventionis in ibidem circa Manifeſtationem publicanda, Iudicio verò per medium in inſtanti ſub pæna Bannitionis ex Regeſtro

geſtro

gestrō pænalium vindicanda, solvat. Extractum verò præfati Oblati scripti dilacerandum in facie Iudicij sui Ministeriali Apparitori præcommittit. Originale verò cassat, & annihilat; tū Oblatam eandem in Actis Castr: Posn: reperibilem eliminandā censet & declarat Decreti præsentis vigore. Luita per Citatos ex cujuslibet Persona eorum Pœna Quatuordecem Marcarū Polonicaliū parti, & Judicio per mediū sub pæna Bannitionis ex Regestro pænalium vindicanda.

ex Protocollo Decretorum.
Castrensium Posnaniensium Extractum
Woycicki
mpp.

Legit Linkowski.

SER-

SERMO
PERILLVSTRIS & REVERENDISSIMI
LEONIS
de Chomęcice
MORAWSKI

U.J.D. Gnesnensis & Posnaniensis Canonici, Præpositi Osiecnensis, Causarum Curiæ *Illustrissimi & Reverendissimi Domini Episcopi Posnaniensis Generalis Auditoris*,

Habitus in secunda Sessione Synodi.

Exultemus & lætemur Ecclesiá jubet. Exultemus hodie, quòd revolutô Octodecem Annorum circulô, iterum in arenam Lycurgi, in solum revertimur Solonis. Hactenus postquàm cum *Szembekianis Floribus* doctis tutas aculeis Synodales decerpserimus Rosas Hortensij, vidimus latissimos Inclytæ hujus Diæcesis fundos Legum & constitutionum Synodalium sterilescere partu; Vidimus hoc in Campo, non Sapientum Porticus, non Consultationum Exedras, verùm Palestram Martis aperiri unicam, in qua præliares animi regentia chálybe Capita, non consultare, sed vincere, non erudita seminare grana, sed opima legere spolia discernent. Non Campum Consiliorum, verùm abyssum calamitatum perspeximus Universi. Hodie tandem cum Avita Tua Plantà *Illustrissime Excellentissime & Reverendissime Præsul* firmiorem in campo consiliorum figimus pedem, certum & pro certo in gratia Præsulis locum standi habituri. Hodie cum Avitis *Rosis & Liliis Flores apparuerunt in terra Nostra*, quæ diu fertilis Clypeatæ virorum segetis, legalium expers manipulorum, nunc *Illustrissimi Pastoris* refertâ benedictione, fructus honoris & honestatis uberem gloriæ messem cum utilibus Synodalium Legum aristis colligendam, &

Cant. 2.

pas-

pascendo Gregi Dominico suffecturam, sperare permittit; si ipsimet nostras applicationis admoverimus manus. Quidnam deest ex parte *Illustrissimi Excellentissimi & Reverendissimi Præsulis* dicite Congregati *Illustrissimi ac Reverendissimi* AA. ad promovendam publicam Ecclesiæ salutem? Quid deest, ad innatam vigilantissimi Pastoris curam? convocavit Synodum *ab Anno* 1689. hic *Posnaniæ* non celebratam. Expectabamus plurium *Illustrissimorum Antistitum* mutationē hanc, quam nunc facimus congregationem, & semper, aut post ascensum spes nostræ cadebant, aut post fata jacebant velut emortuæ, quasi eôdem tumulô & Antistites extincti conderentur, & nostra felicitas, loco Synodalis Indictionis, genis nostris flebilis indicebatur tempestas, jam ferè in lachrymis mergebamus vota, & oculorum humore liberalius fuso, loco uberioris aristæ, jam penè aruimus. Et ecce *Illustrissimum Præsulem* destinârunt superi, ut grandem jacturam compenset. Magno Nominis splendore, & illo vultu, quô serenat omnia, nostros etiam exsiccat luctus, ut animi tam longô fatô atrati, amæniorem faciem induant; Vocat nos *Illustrissimus Præsul* in partem solicitudinis sponsæ Ecclesiæ; Ille inquàm *Præsul*, qui omnes alios æquavit meritis, multos superavit Pastorali honore, vigilantiâ & curâ. Non habet eminentiam honor, quam meritis non excessissent HOSII, dignitate pariter, ac virtute in Concilio Niceno Petrus Hosius Episcopus Cordubenensis *Cardinali Eminentissimi* & ex Collegio Purpuratorum Patrum Stanissaus S. R. Ecclesiæ Cardinalis Episcopus Varmiensis *Fortuna Ecclesiæ*, in Tridentino Senatu Præsides, & Moderatores Sanctissimi, quibus ad summum in terris regimen, nihil defuit præter ternum diadema: Talia publicæ famæ vox enarrat, scribuntur ingentia elogia in petra Romana, ut perennent, in cordibus Orthodoxis, ut amentur, auro inciduntur, ut pretium habeant. *Ita magni Stanislai HOSII laudes, dotesq; in eum cum Nomine immigrârunt, ut redivivum credamus.* Ita *Præsul* noster, *Illustrissimus* commissarum sibi Ovium in Diæcesana, *sicut Eminentissimus olim suus Atavus in Tridentina Synodo totius Ecclesiæ* curat salutem. Ita Divinissimum Tutelarem suum *Stanislaum* in se replicat, ut quamvis publicis distrahitur curis, ut consuleret Patriæ, quamvis dividitur, ut singulis sufficeret Archidiaconatibus, ne tamen integer deesset omnibus, adest nobis. Imò ut animam Diæcesi, vitam Cathedræ, Spiritum Capitulo, cor & animum tribueret universis, ingreditur communi cum applausu vastissimæ hujus Diæcesis sedem Pastor,

ftor, fingulari cum lætitia, Cathedram Petri Epifcopus. Provocat Nos Polonæ aquilæ Liberator, quafi Aquila magnarum alarum pullos fuos ad volandum, fequamur veftigia Patris non degeneres Filii. Congregat nos Pacificator Reipublicæ ad perpendenda ea, quæ funt ftatûs & Officii Sacerdotalis, faciamus quæ *veftigat & ultro ambit honos*. Aperitur nobis Campus meritorum, vel cum ipfis maturefcentibus pratis, ingentem portendens fructum, fi fpiratalem falcem in propriam immiferimus meffem, cum appropinquantibus vindemijs uberem gloriæ & cælefti Patrifamilias placituram annonam, fi ipfimet noftras admoverimus manus. Operarij fumus in vinea Chrifti, Ecclefiaftici omnes, *operemur bonum dum tempus habemus*, monet Apoftolus. Non deficiamus, *tempore enim fuo metemus non deficientes. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies falutis. Ecce Flores apparuerunt in terra noftra, tempus putationis venit. Vox Paftoris quafi vox turturis audita eft*, audiamus, attendamus omnes. Apocalip. c. 14. forfan cuilibet Sacerdoti inculcatur, *mitte falcem quia venit hora ut metatur*. Sed qualem falcem, proh dolor! quàm multi forfan inveniuntur Operarij tales, qui mittunt falcem, fed in alienam meffem, ut *metant ubi non feminârunt*, metant alienum honorem, aliena Bona. Non tales oportet in vinea Chrifti Operarios effe, non tales o Ecclefiaftici! alios ille Cæleftis Paterfamilias defiderat alios, ait enim ille per Salamonem, *mitte mihi virum eruditum qui noverit operari*. Eruditos in vinea fua Operarios vult effe Deus. Irafcitur Filius Heli, removet illos ab Altari, quare? quia *Filii Heli, Filii Belial nefcientes Dominum neq; Officium Sacerdotum*. Exercebant quæ nefciebant, & difcere nolebant, quæ ignorabant, maior enim pudor eft nefcire ad quæ obligamur, quam difcere quæ fcire debemus. Propterea *S. Hieronymus* ad Profanum Poëtam ipfos quoq; remittit fenes: *Cur nefcire pudens prave, quam difcere malo?* Salomon quoq; Sapientiffimus quamvis, libros tamen eruditos laudat, & plures effe vult, *faciendi plures Libros nullus eft finis*. Quis enim fine doctrina fcientiám? quis fine lectione Librorum doctrinam? affequi poteft, quis infipiens & fibi, & aliis confulit? Aurea fortunæ colligitur meffis, ubi docta Palladis jaciuntur femina. Benè eft fortunatiffime Cæfar Tiberius, quod unā Regalis fifci & Bibliothecæ clavim confici jufferis, nec intrare licuit ad Imperiale ærarium, nifi fores mufæum daret, nec frui conceffum opibus, nifi permitterent facultates literariæ, laudabile eft, etenim

Claudianus

S. Paulus ad Gal. c. 6.
Idem.
2. ad Cor. c. 6.
Cant. 2.
Apoc. c. 14.
Lucæ 19.
2. Paralip. c. 2.
1. Reg. 2.
S. Hier. in Apologia contra Rufinum.
Salomon

nim nonnisi cum Cleanthis Lucerna, ad cæcutiantis Deæ currendum abdita. Per literarii arenam si currimus, Athletæ, assequimur fugacem (ut fingunt) opum Dominam Tyberiani ærarii, qui precor fuerunt Thesaurarij? Homeri, Platones, Epicteti facilè conijciendum, horum Libri faciebant litem felicitatis possidendæ, & Ius plenum dabant, in omne illud, quodcunq; humanum est, & Dijs vicinum fortunatissimis. Habet enim illam vim eloquentia sacra, ut vel invitos etiam Deos pertrahat in propriæ necessitatis studia, non invitos in Clientalem sui permoveat; *Christum alloquimur cum oramus illum*, audimus cum Divina legimus Oracula, ait S. Athanasius. Lectissimi Thesauri nostri, eruditi scilicet Lycæi, sint Thesaurarii *Augustini*, *Hieronymi*, *Ambrosii*, *Basilii*, & cæteri Sapientis paginæ scriptores, condatur clavibus *Petri* doctæ mentis ærarium, & non tantùm Capitales prædones, errores evitabimus, non tantùm temporalem detinebimus fortunam ad aras, verùm etiam gemmeæ illius Cælestis Civitatis portæ facilè pandentur Nobis. Utiq; hoc probat Apostolus; *suscipite insitum verbum, quod potest salvare animas vestras.* Creditis *Illustrissimi Perillustres & Reverendissimi* Auditores, quod doctæ paginæ animam protegant, eruditæ literæ mentem nutriant? Ingeniola sepia cerebrum foveat, & singularibus implens meritis, Cælitibus æquet, ita est viri Eruditissimi. Non emollierunt saxeum Augustini Cor dolentis lachrimæ Matris, non persvaserunt amicorum vota, non *Ambrosii* Disputationes, una *S. Pauli* litera conversionem inculcavit, Cælo admovit. Non ex visibili *S. Petri* Apostoli apparitione, non ex mirabili sanitatis adeptione, sed *ex fortuita piorum librorum lectione ad Christi sectanda vestigia mirabiliter exarsit Ignatius Loiola.* Tam bonum est eruditæ inherere Palladi, tam fructuosum docta sectari vestigia Patrum, & non tantùm seipsum, verùm etiam alios curæ suæ commissos, docto calamo Cælesti adscribere gloriæ. Reprehendit graviter *S. Basilius* tales Pastores: *Qui præsentia sectantes ad futura non aspiciunt*, & commissum sibi Gregem verbo & exemplo non pascunt. Reprehendit *S. Gregorius* tales in Vinea Christi Operarios, qui ob defectum scientiæ debitæ, & si habeant, qui illos audiant non habent, quid ipsis dicant. *Ecce mundus sacerdotibus plenus est, sed tamen in messe Dei rarus valdè invenitur Operator, quia Officium pridem Sacerdotale suscepimus, sed opus Officii non implemus.* Sed parce precor Divinissime Doctor, non hujus Diæcesis sunt Sacerdotes, quos arguis, non huius Vi-

S. Athanasius

S. Paul. Epist. 1.

Lect: Brev:

S. Basilius

S. Gregorius

neæ

neæ Operarii, quos reprehendis, *Hoc ego concilio collectum metior Orbem, hoc video cætu, quidquid ubiquè micat.* Produxit Deus hic Gentem Sanctam, Sacerdotium sibi conduxit, & multiplicavit in latissima huius Diæcesis vinea dignos mercede sua Operarios, addidit Gregi suo eruditos Pastores. Veritatem præsenti eruite ex Cætu *Illustrissimi ac Sapientissimi Auditores.* Adsunt hic tot *Illustrissimi ac Reverendissimi Prælati.* Adest *Illustrissimus & Reverendissimus D. Josephus Kierski Episcopus Bolinensis*, quà Suffraganeus Officialis Generalis, & Custos Cathedralis Posnaniensis, fortis magni Atlantis Hercules ad adjuvandum *Illustrissimum Præsulem* in vinea Christi exactissimus Operarius, cui *ingenium par cuiq; materiæ, & major spes publica votis*, majorum in Patria honorum culmina protendit. Adest *Reverendissimus Remigius Bystram* Abbas Obrensis *Iustitiæ cultor, rigidi servator honesti.* Adsunt *Perillustres & Reverendissimi, Illustres Admodum Reverendi Prælati Canonici, Præpositi, Parochi* & Reliqui hujus Diæcesis Sacerdotes ad auscultandum ea, quæ *Illustrissimus Excellentissimus ac Reverendissimus Præsul* proposuerit Obedientissimi, ad definiendum ea quæ sunt statûs & Officii Sacerdotalis eruditissimi, ad promovendam creditarum sibi Ovium salutem Pastores vigilantissimi, in vinea Christi Operarii laboriosissimi. Non illis hoc imputari potest, quod *Matthæi.* 9. suis Paterfamilias exprobrat Operariis, *messis quidem multa, Operarii autem pauci;* non illi *Proverb:* c. 6. ad formicam remittuntur, ut discant solicitudinem & curam circa commissum sibi Gregem, *Vade ad formicam o piger! & considera vias ejus & disce sapientiam, parat in æstate cibum sibi, & congregat in messe.* Quis enim hic neget debitam in Præpositis curam, in Pastoribus vigilantiam, in omnibus Sacerdotibus sufficientem scientiam. Imo (absit jactantia at invidua in verbo) sacer huius Diæcesis Clerus multos alios scientiâ, eruditione, moribûs, applicatione, honestate, superare videtur. Discant hic alii, non deficientem circa animarum curam laborem, agnoscant in convertendis Hæreticis solicitudinem, in erudiendo populo scientiam, videant in pascendo grege salutaris Cibi applicationem mirentur in colligenda Cælestis Patrisfamilias messe dignos Operarios, & iudicent Causam Primam, motivum & incentivum esse vigilantissimum totius huius Diæcesis Pastorem *Illustrissimum, Excellentissimum ac Reverendissimum Episcopum* Nostrum, qui ut nullum omitteret Boni Pastoris Officium, post stabilitam Reipublicæ & Ecclesiæ Polonæ tranquillita-

Claudianus

Matth. 9.

Proverb. c. 6.

tem, hanc facram indixit Synodum, poft amotas militares Copias, militantis Ecclefiæ focios, aut (ut veriùs dicam) Duces congregavit. Attendite ergo o Miniftri Domini! Videte folicitudinem Paftoris, admovete manus veftras, uberem abfq; dubio falutarium legum collecturi meffem, pafcendo Gregi Dominico pro femper fuffecturam. Imitemini vigiles Gregum veftrorum Paftores, vigilantiorem omni Argo Moyfen, qui dum hoftiles amalecitarum acies *Exodi* 17, *Populum Dei aggreffæ fuerint, & Iofue pugnaffet cum illis, ipfe cum Aaron in vertice collis orabat, & dum fupplices ad Cœlum levaret manus, vincebat Ifraël, fin autem paululum remififfet, fuperabat Amalec.* In Metropoli Palatinatus, in meditullio Diæcefis, quafi in vertice collis fiftitur, & nos congregat vigilantiffimus *Præful*, ut tanto meliùs fubditis profpicere, imminentia pericula videre, molimina hoftium Ecclefiæ obfervare, & omnibus in omnibus confulere poffet. Hinc enim Ecclefiæ, hinc Populo, Regnis, Provincijs, clades magna venit, fi Paftores, fi Principes oculos à neceffitate fuorum averterint? fupremus Omnium Paftor Chriftus Dominus femel tantùm obdormiviffe vifus eft in ftágno Genefareth *Math.* 8. *& Ecce navicula operiebatur fluctibus.* Mundus mare magnum & fpatiofum eft. Quid enim remigantes in illo expectent animæ, dum Paftores fopiti incuriâ dormiunt, nifi naufragium vitæ æternæ, & amiffi jacturam Cæli. *Infeftent infatiabiles quamvis belluæ Dominicum Gregem, currant fpirantes ignem leones, vel Vrfi nullâ potientur prædâ, fi infomnes vigilabunt Iacobi, fi fortes Davidis defendent manus. Benè Paftorum exemplar præfefert Columna illa ignis per noctem, & Columna nubis per Diem Ifraëliticum populum per Arabiæ deferta ad terram promiffionis ducens.* Quid enim errantibus in mundi huius abyffo populis effe debent Paftores, nifi Columnæ quædam in culmine Ecclefiæ pofitæ, ut præeant illis die & nocte, ut luceant verbô & exemplô, illuminent confcientiæ tenebras, foveant Divini amoris ignem & fic ad Cæleftem illam Patriam concreditum fibi perducant populum. Quid Ecclefiaftici nifi perfecti in vinea Chrifti Operarii, ut illos Hærefi infectos tolones ab arboribus bonis feparent, fut erigentia Caput in Chriftiano agro Zizania, emergentes pravorum Operum fpinas & tribulos evellant in tempore, ut fic auream meffem Gregi Dominico fuffecturâ colligere poffint. Quid aliud intendit vigilantiffimus Gregis fui Paftor *Illuftriffimus, Excellentiffimus, ac Reverendiffimus* Diæcefis hujus *Præful* per Convocationem

Exod. 17.
Matth. 8.
Gen. 31.
1. Reg. c. 17.
Exodi. c. 13.

onem præsentis Synodi, nisi ut subditos suos pascat, verbô & exemplô exhortetur in doctrina, firmet in legibus, emendet in vita. Hac enim potissimum ratione inducta esse sicut Synodalia, ita & omnia Concilia dicit *Paulus* V. Pontifex Maximus *Concilium inductum est ad bonorum morum reductionem, emendationemq; malorum.* Summa ergo laus debetur Divinæ Majestati, quòd talem nobis dederit Pontificem, qui non parcendo saluti suæ pro hominibus constituitur à felici Episcopatûs hujus adeptione semper in æstu, semper in labore, summa obligatio & gratiarum actio supremo nostro Pastori, quod nos ad exequendum ministerii nostri munus convocaverit. Age igitur *Illustrissime Præsul*, conde leges à subditis observandas, ab urbe sine dubio approbandas. Quid enim legiferæ tuæ paginæ negabit Latium, ubi adhuc à septicolli fausto rumore echo eloquentissimæ facundiæ Tuæ, quâ *Ioannis III.* Poloniarnm Regis Invictissimi fata, longumq; ad Posteros funus deplorasti resonâsse audivi. Porrige Diæcesi Tuæ exemplar, & normam vivendi, & si quæ inveneris devia, reduc ad orbitam, si quæ videris infirma, salubri refove consilio, sicq; provide, ut hactenus Synodalium Decretorum sterilis Diæcesanus ager, auream subiectis ovibus producat messem, Nos sequemur & Vestigia Gentilicii PEDIS adorabimus semper.

In Bulla Conc: Trid.



SER-

SERMO
PERILLUSTRIS & REVERENDISSIMI DOMINI
JOANNIS KRALL,
U.I.D. Ecclesiarum Cathedralis Posnaniensis Canonici, Parochialis Mederecensis Praepositi in Conclusione Synodi Diaecesanae, *Die Nona Mensis July Annô Domini* 1738.
HABITUS.

Pes meus stetit in directo, in Ecclesijs benedicam. Psalmo 25.

FActum est, quod lex jubet, non disputat, cujus Conclusio salutare dat esse rei, dum post stabilitam Reipublicae tranquillitatem insistendo Plantae HOSIANAE locum standi, & pro communi Bono consulendi, habuimus in hoc Synodali Congressu *Illustrissimi Perillustres, Reverendissimi, & Admodum RR. DD.* Gradum etenim Iuris observavimus, dum à Te *Excellentissime, Illustrissime, & Reverendissime Domine, Domine Gratiosissime* ab omni gravamine pro correctione ad Tuum Ordinariae Iurisdictionis subsellium, Reverentiales recepimus Apostolos; nec aliter, cum observantia prosequimur & appellamus Sacerdotium, nisi Authoritate Bernardi; *quòd sit salutare omnium negotiorum negotium.* Meritum Causae Statûs nostri induximus super vita & moribus, Te Judice ad favorabilem Sententiam procedentes, fructum & lucrum Iuris Actores experimur, cùm post conclusum in Summo Posnaniensi Pontifex concreditis Petri *Clavibûs* non Fabiis ad mortem, sed Nobis ad vitam, auream Metropolis hujus Pa-

Bernardus

lati-

latinatus pro Jubilo Cordis, & plenaria Indulgentia reserasti *Portam*. Nec aliàs in benejudicato succumbere speravimus, nisi ad Præsuleas Plantas, ubi suffulti in lubrico vitæ Patritio Pede ab omni casu absoluti & immunes, ad Heroicos Virtutum Actus surgamus fortiores Anthæi. Audivimus igitur Vigilantissimi Pastoris vocem *Oves pascua Ejusq; Oracula, & ubi sicut tuba intonante Propheta per publicum Edictum pro tuitione Iurium exaltavit classicum, coptivati in obsequium Fidei, in Episcopalem Crucem plusquàm militare Sacramentum juratæ Phalanges adsumus Regimini militantis Ecclesiæ, ut in adversis exaltata triumphet.* Hinc peroptimùm sacri Imperij hujus Diæcesis in gratioso *Præsule* legum intuemur Custodem, ad cujus nutum pulsu majoris Campanæ, zelus in universis excitatus scintillam suffocat, nè pariat incendium. *Et benè est? Genus electum, Regale Sacerdotium, Gens Sancta, Populus Acquisitionis, flammam malignantis fortunæ extingvimus, ut ex innocentia vitæ cum sono in omnem Terram exeunte, mereamur dici Benedicti.* Maximè verò ex hoc legis accessorio, Principalē Statutorum nanciscimur observantiā, dùm ubi Lucerna pedibus *Verbum Tuū Domine vias tuas nobis demonstrasti, & semitas docuisti. Nec alia Iura dando Quiritibus, nisi in quibus Prælatorum bonitas, salubris subiectorū regula est.* Benè itaq; & feliciter venisti Antesignanus salutis nostræ ad hunc, ut ita dicam Deorum Consessum, Numa pro Aris, Regum Author, Infularum Decus, Pater Patriæ, Delicium Cleri, Amor Populi, in Cujus Præsuleæ Majestatis adoream flexô poplite obviantes procedimus, & vix *Domui Dei pacē annuntiantes excutimus pulverē de Pedibus.* Experimur sicuti in HOSIIS Grandes veneratur Hispania, Pares Gallia, ac non ita pridē sub Eminentissimo hujus Prosapiæ præsidio in Æcumenico Concilio Tridentino fulminatione Ecclesiæ explosa Hæresis, ita nunc ad ultimū sui interitū gravitate Plantæ, Domus in caput conculcata velut Enceladus sub Æthna gemens, pænalis in cinere & umbra mortis sepulta jaceat. Nos verò à conspectu Concilii gaudentes imus, non Lescones ad Clavum Imperij, sed uncti Domini sacra decurrimus Olympia; cùm verò Fidem servavimus, Cursum consummavimus, ut Cæsar pro Majestate, suo scribit calamo, Herculeis labores terminales

Stemma Civitatis Posnan:

Isa: 58.

1. Petr. c. 2.

Campana major Eccl: Benedictus

Psal. 118. Num. 105.

S. Gregorius

Mar: 6. v. 11.

Cap. 5. v. 41.

cri-

erigunt Coloſſos, ingentes Curæ gemmeos liquunt ſudores in Animorum Coronam. Nos pariter votis exoptatam impo-nimus Coronidem ſub Paſtorali benedictione, ubi *Pes Hoſianus* ſtetit ad benedicendum in Eccleſiis efficaciter Opus, quod Deus in nobis operatus eſt, coronamus. Quod inſignis ſtatûs ſpiritualis Corona, Decus & Animæ Ornamentum, Legum, ſac: Canonum & Statutorum obſervantia.

POſtquàm viſitavit Nos Oriens ab alto, univerſis diem di-xit, in qua ſub libra Iudicii Synodalis attrahimus athomi in Olympum, ut Divorum Cultus, Virtutum dogmata Animæ indelebili exarentur charactere. Quamprimùm verò Paſtoralis benedictio cũ ſole inCapita Noſtra diſperſit manus, nõ tantùm Corda noſtra in ceram liquefecit, verùm etiam poſuit in pectoribus Sponſæ Dei deſponſatis ſignaculum Annulo Pontificio impreſſum, per idq; Epiſtola Dei ad volumen legũ, inſtructi verbo ſalutis Cœli legati vivacioris Fidei robore authorizemur. Nec verò tanti momenti, à quo pendet æternitas, Sigillum frangatur una ſalutaris Fides cum Bonis Operibus, & bona Opera cùm Fide ſervanda veniunt. Aquila Magnarum Alarum Eccleſia, cujus vilamento inhæremus, hæc Cœli Ales noctuas excutientes veræ Fidei lucem odit bubones, degeneres, & ineptos luminis gloriæ ſpernit pullos, & ſicuti ab ejus ubere Filii DEI adoptivi lactamur, veſcimur à vulnere, indies ſalutari nutrimur pabulo, ita Naturæ Portenta, monſtroſos è materno ſinu rejicit partus, qui confitentur ſolummodò ore ſe noſſe Deum, factis verò negant, ſeu prout per Prophetam *Creator indignatur, Populus hic me labiis honorat, Cor autem procul à me eſt.* Quocirca ambimus omnes ſtadium ad bravium æternæ Gloriæ, ducimus vitæ filum errabundi Theſei de Labiryntho ad Cæleſtem globum, *cùm verò Nos præ reliquis exiſtimati ſumus Miniſtri, & Diſpenſatores Miniſteriorum Dei, in omnibus præbeamus exemplum bonorum operum, & quantò magis Presbyter ut præbeat iter, ſtatum ſæcularem antecellit, tantò ſacri Duces Sacerdotes præcurrere tenemur.* Ideò ſuper Candelabro expoſiti in

1. Cor. 4.

Eccle-

Ecclesia Dei dicente *Gregrio*, *Lux Gregis est flamma Pastoris*, *decet Dominici* Gregis Pastorem & Sacerdotem moribûs &, vitâ clarescere, quatenus in eo tanquam in lucis speculo sibi commissa, & eligere quod sequatur, & videre possit quod corrigat. *Hinc quamvis qui benè præsunt Presbyteri duplici honore coronantur, nemo tamen sibi eundem sumpsit, nisi vocatus à Deo tanquam Aaron, ideo ingressuri Tabernaculum testimonii, non tantùm manus & pedes lavate, verùm etiam edocente Propheta Esaja ad tanti Ministerii Officium lavamini, qui fertis vasa Domini, sancti etenim Deo suo, & non poluent Nomen Ejus, per polluta verò oblata Mensa Domini despicitur. Illud ergo mente repositum maneat Angelicum monitum, quod Angelos esse oporteat, qui Angelorum Domino comparantur, nonnisi inter lilia Apocalipticus pascitur Agnus, cui cum debetur honor & gloria sedenti in Throno, grandævi in albis vestimento virtutis induti à latere assistentes. Eius augent Maiestatem, unô soliô Rex Pharao antecedebat Joseph, qui vitæ Innocentiâ excelluit Regem, Flores Imperiales Divorum exornant Aras, qui ut lilia Reges candore notabiles ipso à prima crevêre planta.* Ad strictioris vitæ observantiam vocatione obligamur, ambulabas à Inventute, quò volueras, cum autem senueris, jam te cinxit alius. *Sit igitur pro stola Gloriæ Fides, Cinctorium renum, Iustitia Cingulus lumborum, ut dissoluta coërceatur vita, Facultates Dos Ecclesiæ nobis elargitur, non tamen licentiam.* In modesto & honesto vestitu sacrorum Canonum præcepto reprehendimur. Præcipimus ut Clerici in statu mentis, in habitu Corporis Deo & hominibus placere studeant, & nec in superfluitate, scissura aut colore vestium, nec in tonsura intuentium (quorum forma & exemplum esse debent) offendant aspectum *Can: præcipimus, quæst:* 4ta.

1. Timoth. 5.

Malac. 1.

Apoc. 5.

Joan. 12. v. 8.

Can. præcipim: 9.4.

Immolamus in dies Deo victimam, nullum Omnipotenti tale Sacrificium, quale est zelus Animarum alliciente Gregorio; constituti super Ovili Christi speculatores in vigilantia efficiamini Centoculus Argo, prospiciendo, ne Gregem Domini Lupi invadant rapaces, jugum quamvis Domini suave, ipsis tamen Angelicis humeris formidabile nobis impositum, portemus itaq; pondus diei & æstûs, unus alterius onera, ne lassati in via

Greg. hum: 22. super Ezech.

 verita-

veritatis corruamus. Imperando soli Iosue ne declinâsset ad occasum, ipsam noctem in rem Populi conabatur vertere in diem, Ipsemet Salvator in Getsemano, imo sangvine suo plantando vineam, somnolentos increpat Discipulos? non quid non potestis mecum una vigilare nocte. Torpentes à bono opere Cætum arguit, quos cum venerit Dominus, invenerit vigilantes beatificat, ergo alloquente nos quotidie Petro Vicario Christi; Fratres sobrii estote & vigilate.

Grande nefas ebrietatis vitium, in Sacerdotibus autem Sacrilegium, non tantùm Corpus affligit, necat animam, verùm & Sanctitatis Spiritum extingvit, minimèq; ebriosi Pars hæreditatis Dei nuncupari possunt, *quos Doctor Gentium ex possessione Regni Cælestis proscribit.* E contra verò sobrietatem quis non çum Chrisostomo, virtutum Matrem, Nutricem pietatis, præclarum Animæ Decus & ornamentum nuncupat? Sumus cum *Paulo* transformati in vas Electionis, ut Nomen Domini portemus coram Gentibus, scyphum argenteum Sacerdotes *Bonaventura* nuncupat, ut sit clarus scientiâ, mundus vitâ, in sacco nimirum; pænitentia & humilitate. Corripiamus nos metipsos, ne qui pro aliis orare tenemur, in ruinam Populi vetante *Hieronymo* majora committamus, illos arguere pro peccatis in virtute *Eliæ* sumus adstricti, & in nos metipsos animadvertere obligati, utrum non ut Populus, sic & Sacerdos. Ideo non solum Manna in Arça reposuit Dominus, verùm & legis tabulam, cum virga directionis, virga Regni sui (quod præsentis temporis Ecclesia est) svavem disciplinam morum cum *David* feramus, virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt, concludente *Gregorio*, *sit ergo discretio virga quæ feriat, sit & consolatio baculi, quæ sustentet.*

1. Cor. 6.

S. Grég.

Suo bajulatur Atlante Cœlum, non ex ruderibus, sed septem Columnis excisis erecta Domus sapientiæ, Columna æternæ Veritatis Ecclesia super Petra solidata, eidem Domui Dei adhibenda per sanam & salubrem doctrinam fulcra. Hinc Malaçhias ait: *Labia Sacerdotis custodiunt scientiam, & legem de ore ejus, quia Angelus Domini Exercituũ est,* verbo loquar Salomonis *omnia venerunt cum sapientia, quia omnium rerum basis &*

Malach. 2.

funda-

fundmentum eſt. Hæc Domina Gentis in Eruditorum Regno ſceptra gerit, & quamprimum ex Iovis cerebro natalem vidit lucem, non tantum ſibi Sereniſſimos accendit titulos, verùm & Coronata Sacerdotùm exigit Capita, juxta Apoc: *Feciſti Nos Deo noſtro Regnum & Sacerdotes & Regnabimus ſuper terram.* Iunxit Nos manus Domini ut Samuel Saulum, gratiæ igitur Plaſmatoris efficaciter cooperandum venit, concludente Divo Gregorio: *Vngatur ergo Caput Regis, quia ſpirituali gratia mens eſt replenda Doctoris*, habeat in unctione ſua Oleum, dum ardorem Sancti Spiritûs in ſe nutrit, lucere aliis vehementer per verbum poſſit, habeat nihilominus Oleum Medicinæ, ut ſapienter diſponat, qualiter peccatorum fætores tergat, & ægras mentes, ſaluti reſtituat, quo in puncto exponitur nobis Canon, pro Corona ſtatûs Spiritualis ſacroſanctè obſervandus. Quæ tria perfecta Opera Moyſes & Aaron faciebat, *legere docere Populum, & orare*, hæc tria debet Sacerdos facere, ſi vult imitari Moyſen & Aaron.

Apoc. 5.

S. Greg. Papa. in Lib. Reg. Lib. 4. c. 5. in 1. Reg. c. 10.

Gloſ. in Can. ſiquis vult. diſt. 36.

Copioſam Operariis Cœlum pollicetur mercedem, qui autem alios erudiunt ſublimius, ſicut ſtellæ fulgebunt in perpetuas æternitates. Inſit itaq; erratis ſideribus fatuus ignis, & ſuo ſplendore vaneſcant, benedictos verò Parochos Motrices Intelligentias quis diffidetur? Illi etenim elevatis manibûs benefico in ſublunaria influxu flectunt ſidera, Prædicatores in ferventi deprædicatione verbi Cœli lingvas loquendo, inter Charybdes fluctibus obrutæ Petri Naviculæ, fortunatiſſimam exhibent Polarem, ut periclitantes in hoc lato & ſpatioſo Mari, remis, veliſq; ejecto mortali malo, ſecuriores attingant bonæ ſpei promontoriũ, coronatũ æternæ felicitatis portũ, certificante nos Divo Ambroſio, *non turbetur hæc Navis, in qua ſapientia navigat, deniq; etſi aliis imperatur, ut laxent retia ſua, ſoli tamen Petro dicitur: duc in altũ, hoc eſt in profundũ diſputationũ.*

S. Ambr. lib. 4. in Luc. c. 5.

Iam itaq; Divinâ ope opus perfectum concluſimus, ut Iliadem nucleo, Muſas Pyrrhi Annulo, omniaq; in hac Synodo deciſa puncta, ad æternæ gloriæ exigunt colimare centrum, Primo ſupremo Numini Qui omnium Principium & Finis eſt, pro ſpeciali hunc actum ſalutarem adjuvante gratia, cultum præſtamus Latriæ, Deiparæ Virgini à Dextris virtutis

Rr 2 Dei

Ecclesia Cathlis sub Titulo SS. Petri & Pauli Apost.

Dei assistenti Reginæ, cultum Hiperduliæ, Tutelaribus hujus Basilicæ & universis Regni Patronis cultum Duliæ, & æternam spondemus venerationem. Virtutem in arduo posisitam agnovimus, nunc verò ad Ius Gladii Pauli pro militante Ecclesia extensum inclinamus Cervices, quod difficultatum dissolverit nodos, nec aliter in hoc Gloriæ Capitolio Petri Clavibus consiliorum patefacta arcana, nisi ut ex apertis gratiarum thesauris, in Ecclesiarum dotem proferantur nova & vetera: & nunquam melius per Orbis invidiam malevolorum ausum fatalem injuriam temporum, tumulata sanctuarij Iura investigari poterant, quàm dum per zelum *Stanislai* Pontificis ad Cathecumbam *Boleslai Chrobri* in hac Cathedra in pignus Maiestatis depositi, inter fatorum munimenta manifesto documento vivificatoriè resuscitantur. Hinc ut noscunt suum sidera solem, & primo Capiti debetur gratitudinis census, Tibi *Illustrissime Excellentissime & Reverendissime Præsul* Gratiosissime pro solicitudine Pastorali, ad stemmaticam Petri Cathedram Præaugustissimi Capituli Ecclesiæ Cathedralis Præsidem gessisti in hujus Synodalis Iudicii Rota, ut intra sphæram vita Sacerdotalis maneat coronata. Vovemus itaq; ut qui in senatu jam pridem mereris Tiaram, brevi conferat Tibi ad summũ Honoris meridiem Roma Galerum, Pro Præsulea incolumitate ad multos annos conservanda, ita nos distributiva beneficiorũ gratia reddit obligatos, ut perennemus omni momento, in memento Antistis exoratores ad Aras. Vocati in partem solicitudinis Pastoralis in bonum Christi odorem, quodammodo pro Anno gratiæ, maturam virtutum à Planta Domûs HOSIANÆ collecturi messem, Josepho porrigimus herbam, quæ cum honoris incremento, ad altioris dignitatis fastigium crescat & florescat, quò verò Crux Soleata prosperos pandet successus per passus metire triumphos. Auxisti hujus Actûs majestatem Corona Hospitum magnis titulis ad Gemmam Præsulum exornatissima, & Tibi debetur veneratio. Saluto itaq; in Infulato Capite ore omnium venerandam Bystramorum Crucem, apparuit illud signum magnum in Cœlo isto, ubi sicuti stetimus stellæ in ordine suo, ita ab origine primæ

magni-

magnitudinis sidus, sol solus, & Luna una è Religiosis Umbris aliis exemplo præluxit. Quapropter adhæret Cruci, Domus Tuæ pastoralis benedictio, ut Avita Cynthia cum plenilunio honoris, brevi totum adimpleat Orbem. Universi verò Sanctorum Observatores sub Tua benedictione gratiosissime Præsul, de virtute in virtutẽ viam mandatorũ processuri, abhinc pro Corona status nostri, pro qua Pes HOSIANUS in dirigendis Ecclesiis, stetit, nec Jota præteribimus à lege, donec à nobis omnia fiant.



INDEX CAPITUM.

Caput

FORMA

Admittendi Sodales S. ANNÆ, ad tres Annorum Christi Domini Congregationes.

℣. *Adiutorium nostrum in Nomine Domini,*

℟. *Qui fecit Cælum & terram.*

℣. *Domine exaudi Orationem meam,*

℟. *Et clamor meus ad Te veniat.*

℣. *Dominus vobiscum,* ℟. *Et cum Spiritu tuo.*

OREMUS.

DEUS, qui nobis per laboriosissimos Unigeniti Filii Tui Annos, vitæ remedia contulisti; da nobis quæsumus: Sanctissima Ipsius in terris spatia recolentibus, sic percurrere temporalia, ut non amittamus æterna. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui Tecum vivit & regnat in unitate Spiritus S. Deus, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

Conversus ad Inscriptum oret sequentia.

OREMUS.

AUxilium DEI sit super te Fili (vel Filia) ut in Sodalitio hoc, ad quod ingrederis, Redemptionis Tuæ de Annis Domini nostri IESU Christi percipias fructus, ad quos Ego Te, vi præsentis inscriptionis. Authoritate D. N. IESU Christi, ac Sacræ Sedis Apostolicæ, admitto, in Sodalem recipio, & ad thesaurum omnium Indulgentiarum lucrandarum, ex meritis infinitis Annorum Christi Domini promanantium induco, & ut sic cunctarum Sanctissimarum actionum Illius, tàm in vita, quám in morte particeps fias exopto & hoc in Nomine Patris, ✠ & Filij, ✠ & Spiritus ✠ Sancti, Amen.

